




10.2.8

134

124



134

10. a. 8

104

A
5

ARIZONA HISTORICAL SOCIETY	
SPR	A
EXHIBIT	4
NO.	501

REGVLA N. 3880

FRATRV M OR-

dinis Sanctissimæ Trinitatis, & Redem-
ptionis captiuorum exposita iuxta decla-
rationem Summorum Pontificum,
& Ordinis Constitutiones.




GARNATÆ

*Excudebat Sebastianus à Mena Typographus.
Anno. 1593.*

EPIGRAMMA

in laudem Ordinis.

Ordinis istius Deus author, Trinus & vnus
 Nobile de que suo nomine dixit opus.
 Angelus hoc docuit. Deus hoc dimisit ab alto
 Aethere, & hoc sanctus protulit ore Pater.
 Vestis, cruxque ferunt Triadis mysteria: liuor
 Natum: albedo patrem: qui micat igne, rubor.
 Transuersæ que manus, captiuum colla tenentes,
 Aspera Captiui soluere vincula docent.
 Gaudeat hic igitur tanto insignitus honore
 Cæcus: & exhibeat pectora grata Deo.



APPROBATIO

Operis.



AMILLVS
 Caetanus Dei & A-
 postolicæ sedis gra-
 tia, Patriarcha Ale-
 xādrinus, & S. D. N.
 D. Clementis diui-
 na prouidentia Pa-
 pæ Octaui, eiusdē-

que sedis in Hispaniarum Regnis cum po-
 testate legati de latere Nuntius. Ad perpe-
 tuam rei memoriam. Pro iniuncto nobis
 Apostolicæ legationis officio, nihil salu-
 brius, & decentius prestare possumus quā
 quod prouidentiae nostræ ministerio, ea
 quæ idoneorum ministrorum, & legitimo-
 rum superiorum studio, vigilantia, & auspi-
 cijs piè, ac prouidè statuta, ordinata, & edi-
 ta fuerunt per vniuersos, quos tangunt, &
 concernunt suscipiantur, remotisque qui-
 buslibet obstaculis, & impedimentis obser-
 uentur. Sanè nobis in Christo, Reuerendus

A Dida.

Didacus de Guzman, ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captiuorum, professor Magister in Theologia, ac in Regnis Castellæ, Bethicæ, & Aragoniæ Commissarius Apostolicus, sua nobis nuper petitione monstrauit, quod cum superioribus annis in dictis Regnis, seu Prouincijs Visitator Apostolicus deputatus fuisset, ac officium Visitatoris Apostolici in dicta Prouincia Bethicæ exerceret, ipse pro fœlici regimine, gubernio, ac directione dictarum Prouinciarum duos libros, vnum (videlicet) qui intitulatur Cæremoniales, & Processionarium Typis Ioannis de Leon Hispali, & alterum qui intitulatur Regula & constitutiones fratrum Ordinis sanctissimæ Trinitatis, Typis Sebastiani à Mena de anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio Granaetæ excudi, & imprimi, impressosque euulgari, & per fratres, ac conuentus Ordinis, & Prouinciarum huiusmodi mandauit. Et quia eorum examen, ac approbatio per ordinarios, & inquisitores hæreticæ prauitatis

uis

tis ciuitatū, & locorū in quibus impressio huiusmodi facta fuit, aut alias iuxta Lateranensis nouissimè celebrati, ac Tridentini Concilij decreta, & statuta minime processit, dubitat, ne à nonnullis de impressionis, euulgationis, adeoque ipsorum cæremonialis, processionarij, Regulæ, ac constitutionum validitate, ac firmitate dubitari, & hæsitari contingat, & nonnullos se ad eorum, & contentorum in eis obseruationem minimè teneri, aut adstringi prætere posse. Ideoque ad tollendum omne dubiū desiderat dictus Magister Didacus Commissarius, tam juris quam facti, & solennitatum defectus, qui circa impressionem, & euulgationem dictorum librorum interuenerunt, per nos, & sedem Apostolicam suppleri, dictosque libros, & in eis contenta quæcumque approbari. Nos igitur cum dicti libri, & in eis contenta huiusmodi per personam, seu personas Theologicæ facultatis, & Iuris canonici peritas, & probatas à nobis ad hoc electas magna cū maturitate, & deliberatione, ac quam accuratissimè

ratissimè lecta, examinata, & discussa fuerint: nihilque in eis repertum, aut detectū sit, quod prauam, adulterinam, suspectam dubiam, vel quæ offensionem etiam moribus fidelium afferre possit, aut Catholicæ fidei contrariam doctrinam contineant: sed omnia in eis contenta ad morum correctionem, & reformationem, ædificationemque fidelium, & præcipue personarū religiosarum dicti ordinis diuinique cultus augmentum, vtilia, & proficua sint, attendant. Cupientes, & sinceris exoptantes affectibus, vt dictorum librorum euulgatis, & in eis contenta quæcumque suos (vt par est) optatos consequantur effectus: ipsos libros, & in eis contenta huiusmodi auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissi, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, eisque Apostolicæ firmitatis robur adijcimus: Omnesque, & singulos iuris solēnitatum facti, & alias quoscūque defectus, qui circa eorum impressionem, & diuulgationem quomodolibet interuenerunt supplemus: dictosque libros

cum

cum in fertione præsentium imprimi volumus, ac ab omnibus Catholicis legi, & suscipi permittimus, mandātes nihilominus omnibus, & singulis fratribus & cōuētibus Prouinciarū Castellæ, Aragoniæ, & Bethicæ, quatenus Cæremoniale, & Processionalium regulasque, & cōstitutiones huiusmodi iuxta alias nostras literas, sub datis Madriti anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, octauo idus Septēbris, Pontificatus eiusdē S. D. N. D. Papæ, anno secundo, emanatis ac sub pœnis, & censuris in dictis nostris literis contentis, & tā in earum vim per dictum Magistrum Didacum Commissarium hisce proximè lapsis mensibus post commissum sibi dictum Commissariatus officium, quā alias tempore impressionis, & euulgationis dictorum librorum fulminatio, & etiā in posterum vigore earundem nostrarum literarum fulminandis obseruent, recipiant, & admittant: ac obseruari recipi, & admitti faciant, ac procurent, non obstantibus Apostolicis ac in Synodalibus, vel Prouincia-

uincia-

uentialibus Concilijs æditis specialibus,
& generalibus constitutionibus & ordina-
tionibus, necnon ordinis, & Prouinciarum
huiusmodi etiam iuramento confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis, statutis, & consuetudinibus exteris
que contrarijs quibuscumque. Datis Ma-
driti Toletanæ diocesis: Anno Domini
millesimo quingentesimo nonagesimo quar-
to, idibus Ianuarij, Pontificatus Prædicti
S. D. N. Papæ anno secundo.

*Camillus Patriarcha Alexandrinus
Nuncius Apostolicus.*

Antonius Bole
Abbreuiator.



L M A E S-
T R O Fray Diego
de Guzman, Comissario
Apostolico, de la Orden
de la Santissima Trini-
dad, de Redempcion de
captiuos, generalmente
en los Reynos de Espa-
ña, &c. A todos los pa-
dres Prouinciales, y a

los padres Ministros, que agora son, o en algun tiem-
po fuerẽ, y a todos los demas Religiosos destas nues-
tras prouincias de Castilla, Aragon, y Andaluzia Sa-
lud en el Señor, y en el Espiritu santo e consolacion.
Por quanto a nos conuiene obedeciendo hazer cõ-
plir, y guardar los mãdatos Apostolicos, assi de nues-
tra comission, como en esta aprobacion referidos, y
usando de la autoridad Apostolica a nos dada, de que
en esta parte usamos mãdamos a los sobredichos pre-
lados so pena de obediencia, y de suspension de sus
oficios, y prouision de voz actiua y passiua por seys
meses, y a los demas Religiosos, sola dicha pena de o-
bediẽcia, y de un año de prouisiõ de voz actiua y passi-
ua, que luego que pudieren auer el ceremonial referi-
do en la sobredicha aprobacion, que por nuestro orden
fue impresso en Seuilla, y las Cõstituciones impressas
en Granada, y tambien referidas en la dicha aproba-
cion, y en del uno, y otro libro, y guarden. Y los Pre-

A lidos

lados hagan guardar lo en los dichos libros conteni-
do, advirtiéndolo que seran castigados del desorden, po-
niendo en execucion las penas sobredichas, y se proce-
dera con mayor rigor. Y para que a todos conste este
nuestro mandato le hizimos imprimir al pie de la apro-
bacion de mon señor Illustrissimo. En Madrid a 15. de
Enero, de mil y quinientos y nouenta y quatro años.

Fray Diego de Guzman.

*Por mandado de su Paternidad
muy Reuerenda,*

Fray Francisco de Arceniega,
Secretario.

Hanse de poner estas hojas tras la pri-
mera de los dichos libros.

LECTORI.

*Floribus pulchris, teneris & herbis
rure collectis medicus peritus
aptat, ut morbis, medicamen acre
Iure repellat.*

*Dicta maiorum veterum que patrum
iussa complectens nouus hic libellus,
& noua adiungens, regulam profunda
Glossa venustat.*


*Omne diffusum breuiter recenset,
digerit crudum, rigidumque lenit,
gaudio pacis recreat, & aegris
Ulceras sanat.*

*Zona si hæc legum moderetur arctè
motus infrenes animi proterui;
ampla, quæ carpes bona lector, unus
Non capit orbis.*

4
EPIGRAMMA

de precatorio.

Christe decus celi, possessor & arbiter orbis
Vera que quis recte crederis esse dies
Qui tenebras pulsurus atras, qui a Dæmonis astu
Gentiles mire vindicaturus ques
Precipis ut triplici Triadis sub nomine Sancte
In sacro fontes fonte rigentur aqua.
Qui nobis Triadis nomen, dies, nam ordo redemptor
Christicole a manibus quo credimur, habet.
Qui vis sit ex nostris, pars solum tertia nobis
Tertia captivis, tertia pauperibus.
Qui triplici digito sustentas pondera mundi
Sub que patrocinio dicimur esse tuo.
Da has leges servare sacras, o tu Pater almè,
O fili, & diues spiritus asser opem.



5
INSTITVTIO

ORDINIS FRATRVM
SANCTAE TRINITATIS
de Redemptione captiuorum, ex an-
tiquis Registris, necnon Chronicis
R. P. F. Roberti Guaguini eiusdem
ordinis maioris Ministri, & alijs
monumentis collecta.

NEate Innocentij tertij Ro-
mani Pontificis (religio-
nis, & pietatis feraci) or-
do sanctissimæ Trinitatis
de Redemptione captiuorum ini-
tiū capit auctoribus Ioanne de Ma-
tha ex Prouincia oriundo, & Fœli-
ce Anachoreta Valesiensi. Hic Ioā-
nes factus Parisiensis Doctor in
Theologia, & tædio vitæ secularis
affectus, odio mundum habuit: vn-
de initiatus sacerdotio meruit con-

solari diuinitus, dum se Angelus veste candida indutus, & cruce bicolori insignitus videndū præbuit. Eam autem visionem boni ominis nuntiam interpretatus secessit ad eremum: vbi Fœlix vitam solitariā agebat, in loco qui Ceruus-frigidus dicitur, eò quòd ad collis radicem fons scaturit limpidissimus, ad quē ex finitima silua solitus venire candidissimus ceruus, refrigerandi se causa, vnde locus dictus est Ceruus frigidus. In eo loco per triennium egit cū Fœlice Ioannes, pari & consentiente in bonum animo. Interim diffundebatur suavis odor nominis eorum, & venientibus ad eos salutis pabula verbo & opere ministrabant. Sed in ea viuentes libertate absq; definita regula, & legitimis institutis, timentes errorem posse cōtingere, dum concupiscentiæ non resistitur, dum sibi quisque lex est, admoniti ter in somnis à cœlesti nūcio

tio vt Romanum adirent Pontificem, accepturi certam vitæ regularis normam. Pergunt igitur per duram hyemem feruētes caritate sancti viri ad S. Pontificem Innocentium, huius nominis tertium, omnium religionis monasticę amantium dulce asylū. Quem cū conuenissent, cognouerunt eum simili reuelatione instinctum. Quamobrem benignissimè ab eo excepti sunt hospitio ad quintum vsque Kalendarum Februarij, cum dies festus Agnetis secundo agitur. Tum Pontifex rem diuinam faciens, dum sacram Eucharistiam circūstantibus ostendit, Angelum Dei videt candore multo fulgentem, cancellatis manibus duos captiuos tenentem, Christianum vnum, alterum Maurum, tanquam eos commutaret. Huic Angelo crux rubri & azurei seu cœrulei coloris ad pectus eminebat. Quo viso, & re diuina confecta, Anachore

8 *Institutio Ordinis*
tas ad se vocans; Iam (inquit) filioli
aduerto Dei spiritu vos duci: dabo
vobis indumenta exemplo visionis,
quæ mihi diuina celebranti inno-
tuit respōdentia, & eritis primitiæ
pontificatus nostri, quos diuina bo-
nitas vult noui & sacri Ordinis esse
autores. Cōsutus igitur tunicis Ioā-
nem & Fœlicem candidis vestibus
decorauit, superaddita cruce, qua-
lem Angelus ostendisset: additque
nouo ordini titulum de Trinitate
& Redemptione captiuorum; de-
clarans primò investmentis eorum
tres reperiri colores; album, qui Pa-
trem Deum repræsentat, qui princi-
pium est sine principio; vt albedo
extremus est color, nulli alieno co-
lori permixtus. Et secundum, qui
azureus est color, denigrationem
& offuscationem referens, Christū
significare, cuius caro cruciatu &
dolore fuit contusa & denigrata.
Tertium verò colorē rubeum, quo
qui-

Sanctissima Trinitatis. 6
quidem ardor significatur, Spiritū
sanctum exprimere, qui ignis est, &
flammam inspirat cordibus creden-
tium. Admonuit præterea his ver-
bis eos: Candor, o filioli, conscien-
tiæ puritatem atque munditię, qua
fulgere vos decet; exprimit; crux
verò qua parte rubea est, feruorem
charitatis in Deū signat; altera quæ
cōtuse carni similis est, Christi pas-
sionis memoriam præ se fert, vt no-
stræ redemptionis ab inferis memo-
res, perseuerante Deum metu dili-
gatis atq; colatis. Quos verò Ange-
lus dextra sinistraque inuicem com-
mutare videbatur, eos puto repræ-
sentationem facere liberandorum
captiuorum, quos, Christum imitā-
tes, postea redempturi estis: vt pre-
tio redemptionis dato Christianū
è Sarracenorum manibus, atque ser-
uitute eximatis, vel alicunde aduer-
sæ legis hominem pro eo qui Chri-
stianæ fidei professor est, commu-
tatis.

teris. Et quia festo die (vt diximus) B. Agnetis martyris, quæ bona sua trifariam distribuerat, visio contigerat: voluit summus Pontifex, fratres Ordinis, bona quæ deinceps possiderent, in tres partes diuidere: ita vt vna esset ad fratres alendos, qui cultui diuino inservirent: altera ad hospitio excipiendos Christi pauperes reponeretur: & tertia pars in Redemptionem captiuorum detentorū ab infidelibus seruaretur. Ac idcirco Monachos Ordinis sanctæ Trinitatis de Redemptione captiuorum voluit appellari. Constructo autem non longè à Laterano in monte Cœlio, Romæ monasterio, & sanctæ Trinitati dicanda Ecclesia (in cuius porticu videtur adhuc visionis supradictæ simulachrum effigiatum) iussit idem Pontifex vt frater Ioannes (remiserat enim Fœlicem Anachoretam in Gallias ad dicti ordinis propagines augmētadas, pro

nominis diuini gloria, & humanæ salutis augmento) ibidem Deo deseruiret cum fratribus assumptis. Eam ob rem concessit illi sancto viro, eiusque successoribus regularē vitam obseruantibus, ecclesiam S. Thomæ & S. Michaelis de Formis, sic dictam, quòd non longè à Formis, id est aquæ ductibus sita sit in monte Cœlio, cum possessionibus suis, & omnibus alijs pertinentijs. Necnon ecclesiam S. Saluatoris (vt habet confirmatio Honorij tertij hoc nomine Pontificis Romani seruata in bibliotheca Vaticana) sitam in loco qui dicitur mons Sanctus super castro Verelatensi, in diœcesi Spoletana, cum omnibus pertinentijs suis, & in diœcesi Tudertensi ecclesiam S. Mariæ de Lantano cum omnibus pertinentijs suis: In diœcesi Aniciensi ecclesiam S. Trinitatis iuxta castrum Albani, cum omnibus pertinentijs suis: In vrbe ecclesiam


S. Isidori & totum montem maiore post Absidiã: Item plures alias possessiones quas dicta confirmatio recenset Honorij Pontificis, qui, ut prædecessor eius Innocentius tertius, omnes dictas ecclesias & fratres inhabitantes eas sub beati Petri & sua protectione suscepit. In hoc autem monasterio cum sanctè & regulariter vixisset Ioannes de Matha primus maior Minister per sexdecim annos, mortuus est & sepultus, ut habet eius Epitaphium insculptum marmoris sepulchri testudinati & exstructi in dextra parte minoris ecclesiæ; maior enim omnino discooperta est, & semidiruta in monte Coelio.

Ea autem sunt verba:

ANNO Dominicæ Incarnationis millesimo, centesimo nonagesimo septimo, pontificatus verò Domini Innocentij Papæ tertij anno primo, decimo quinto Calendarum Ia-

nua-

nuarij, institutus est nutu Dei ordo sanctissimæ Trinitatis à Fratre IOANNE, sub propria regula sibi ab Apostolica sede concessa. Sepultus est idem Frater in hoc loco anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio, Decembris vigesima prima.



CHRONICVM
R. P. F. ROBERTI GVA-
GVINI, DE MAIORIBVS
Ministris Ordinis SSS. Trinitatis
& Redemptionis captiuorum.



ROMVS MAIOR
Minister fuit Ioan-
nes de Matha, vita
probatissimus & la-
boris mirum in mo-
dum patiens, cibo vsque ad inedia
abstinens, somno minimè obnoxius
quem humi supposita breui stora,
& ad caput cervicali horas ad sum-
mū capiebat quattuor, reliquo tem-
pore semper nisi necessario nego-
tio impeditus, orationi vacabat, at-
que interdum diuinum verbum po-
pulo, dominicoque gregi & prome-
bat & prædicabat. Et quia per id
tempus cum Christiani Principes,
tum

tum in primis Francorum Rex ad-
uersus fidei hostes in Palestina ac
Ierosolymorum finibus bellum ge-
rerent, delegabat: sollicitè fratres,
qui Christiano militi in expeditio-
ne ministrarent, vulneratos fouen-
do, vel ab hoste captos redimendo,
quibus beneficijs ordo se viuente
ampliatum est multis locis, quæ nūc
designabo.

Romæ sanctus Thomas de For-
mis.

In Francia Ceruus-frigidus, do-
mus Burgi, de Syluella, quæ de fon-
te Iesu dicitur, de Stāpis, de Braya.

In prouincia domus Lusitaniæ,
id est Portugaliæ, domus Arelaten-
sis, domus sancti Egidij.

In Aragonia, domus de Illerda,
de Daroca, domus de Vingania mo-
nialium est mulierum.

In Castella, domus Toletana, Se-
gouiensis, de Varzena, de Cosme-
dos, domus inter Ecclesias, domus
san-

sancti Emetherij.

In Britannia, domus de Castro-
nouo.

In Nauarra, domus de Ponte re-
ginæ.

Ceterū exijs locis aliqua nescio
quo fato nostra amissa sunt. His tam-
dem sanctis operibus longanimiter
incumbens Ioannes sexagenarius
moritur in vrbe & sepelitur in Ec-
clesia sancti Thomæ de Formis, an-
no Christianæ salutis millesimo du-
centesimo decimo quarto, xij Ka-
lendas Ianuarias.

2. Post hunc curam ordinis susce-
pit Ioannes Anglicus in regulari ob-
seruantia prædecessoris sui imita-
tor, & redimendorum captiuorum
præcipuam sollicitudinem gerens,
sed vitæ breuis, hic iuxta Ioannis se-
pulchrum primi humatus decimo-
quinto Kalendas Iulij anno. 1217. Et
vsque ad Guillelmum successorem
vacauit Generalatus per annum.

3. Suc-

3. Successit illi Guillelmus Scotus
ministrante Roma Ecclesiam Hono-
rio 3. qui Innocentij 3 exemplo ad-
ductus ordinem iterum cōfirmavit.
Hic Guillelmus in procurando or-
dinis incremento vigilantissimus,
alia ab illis, quæ supra scripta sunt
loca obtinuit, in quibus nostra do-
mus Parisiësis & in Portugalia San-
ctarësis fuit, in Artesia domus Attre-
batenfis, in Flandria domus Hondif-
corana. 3. Idus Maij anno 1222. obiit,
faciens iter pro Redemptione ca-
ptiuorum, & sepelitur apud Cordu-
bam. Ab ipso Guillelmo vsque ad
Rogerium vacauit Generalatus per
annum & mensem.

4. Habuit Rogerium Leprosam suc-
cessorem qui domi magis, quam fo-
ris diligentiam demonstrauit, Dei
cultum studiosè amplificans, tandē
post quattuor annos functo ministe-
rio moritur anno 1227, & sepultus
est 15 kalendas Aprilis apud Catha-

B

lanum,

lanum, & vacat Generalatus per an-
num.

5. Inde Michael Hispanus maiorem
Ministratum adeptus cum ad redi-
mendos captiuos Garnatam pergit
nūtiū accipiēs de seditione, qua
per illud tempus Garnatæ agitaba-
tur, Cordubam repetens, misero fa-
to assumptus, Romæ sepelitur anno
salutis 1230, rexit annis tribus, men-
sibus duobus, & ab ipso Michaele
ad Nicolaum vsque successorem va-
cat per decem menses.

6. Secundum hunc ordinem mini-
strauit Nicolaus, vir nulla prædeces-
sorū suorū vitæ sanctitate, & bonis
operibus inferior, ideoq; apud mul-
tos potentes valuit pecunia quā in
extruēda Cerui frigidi Ecclesia pro-
biter impendit, nam disrupto priori
ædificio testitudines sex, quæ ad
hoc tempus perdurant, iactis funda-
mentis absoluit (opus non paruum)
& si longior illi vita fuisse totā Ec-
clesiam

Sub eo
domus
Duacē-
sis &
Stegrē-
sis ex-
truitur.

clesiam perfecturus. Eius enim pro-
positi erat, nam structuræ fundamē-
ta locauerat, erexeratque supra so-
lium terno pede. Fuit procul dubio
sobrietate & continentia mirabili,
vixitque in administratione annos
sex & viginti, & senectute deficiens
terræ est commendatus, in media
quam construxerat Ecclesia quinto
Nonas Maij, anno 1256.

7. Post hunc venit Iacobus Flamin-
gus desidis & pigri animi, ita vt per
eius inertiam ea quæ parata erant
paulatim dilabi, & minora fieri ce-
perint. Eius tam vecordis hominis
nomen tantum apud posteros man-
sit, nusquam reperio quanto tempo-
re rexerit.

8. Administrauit inde Alardus ad
res gerendas vigilātor, quippe qui
ad Romanum Pontificē iter faciens
cum multa amplectitur, quæ ordini
profutura sperabat, apud Trepariū
interiit, & infratrum Minorum Ec-
clesia

Eccle-
sia Cer-
ui frigi-
di edifi-
catur &
perfici-
tur post
annos
1540. à
R. P.
Ioanne
Alard-
nourri,
prière
Cerui
frigidæ
æcono-
mia ve
apparec
in cete-
ris edifi-
cijs stu-
diosissè
mo.

clesia humo traditus est. Hic pariter nescitur quot annis rexerit.

9. Successor illi fuit Petrus de Cusiaco Francorum Regi Philippo familiaris, à quo cum annum & ingentem prouentum accepisset, ad ius & proprietatem trium domorum nostri Ordinis Cerui frigidi, scilicet Parisiensis & Verberiensis perpetuo transtulit. Ipse terris ereptus 14 Kalendas Februarias in Ceruo frigido conditus est. De hoc pariter non reperitur annus obitus, & quanto tempore prefuerit.

10. Successit post hunc Ioannes Boileau, de quo præter nomen nihil quod litteris mædem inuenio, sepelitur in domo capitali Ordinis vñ decimo Kalendas Aprilis, moritur verò anno 1291.

11. Thomas Loquet ministratum accepit, homo per omnia diligentissimus, & doctrina clarior, qui condenda & dotanda domus nostra sancti

cti Saluatoris, non longe à Turone ciuitate auctor. Ipse quoque ligneas tabulas ad aram maiorem Cerui frigidi apposuit de Ordinis reuelatione pietas; sed iam vetustate obscuratas. obiit anno Christi 1357.

12. Secutus est eum Petrus de Burreio anno proxime sequenti, pridie Nonarum Maiarum electus, qui fuit admodum sollicitus Ordinem per Galliam visitare, & instituere bonis moribus fratres. misit & ipse Romanum Fratrem Viardum de Marchia Ministrum, negotiosum hominem, qui priuilegia Ordinis à Pontifice ampliari impetraret. Castigauit Sanctium Burgensem Ministrum, Fratrem Gartiam Valentiam Ministrum, contra insurgentes in eum sanctæ Eulaliæ fratres animose tractatus est, Hispalensem præterea Ministrum atque Vlissiponensem nouas res molientes compescuit, & Fratrem benedictam de Vallisoletto loco Ioan-

nis de Carrodo apud Hispalim constituit, expulit quoque ex domo nostra Arelatenſi ſorores ordinis minorum, quæ admittentibus ciuibus locum noſtrum occupauerant propterea quod cœnobium vbi prius incoluerant, fuerat neſcio quo calu deſolatū, hoc poſt geſtum à ſe quinque & viginti annis maiorem miniſtratum apud Ceruum frigidum ſepultus eſt vñdecimo Kalendas Octobris anno Chriſtiane grætiæ 1372.

13. Poſt quem aſſumptus eſt Ioanes de Marchia Meldenſium Miniſter 2 Kalēdas Maias, prima eius cura fuit redemptio captiuorum. Quamobrē veteri inſtituto pecuniæ collectiōnes à ſingulis Miniſtris accepit, atq; eius negotij cauſa Fratrem Garcia Burgenſem Miniſtrum ad ſe vocat, à quo cū accepiffet fratres ſanctæ Eulaliæ illi aduerſari, & in Ordinis noſtri diſpendium multa moliri, exceptis de priuilegiōrum archiuis,

ea quæ ad ordinem tuendum ſatis eſſent, domum remiſit. Ioannes autem adminiſtrato octo & decem annos ordine deſunctus eſt.

14. Præfectus eſt inde Reginaldus de Marchia 4 Idus Maij anno Domini 1392 homo magnanimus, & honoris appetens, malo enim exemplo initium fecit ad plures adminiſtrationes ſimul gerendas. nam domum noſtram de Clarmōte à ſede Apoſtolica impetrat, vbi continuè habitauit, & dirupta veteri Eccleſia alteram quadratis lapidibus extruxit. Per id tempus inſtituta eſt domus noſtra beatæ Mariæ de Pietate in ſylua nepe Morinenſis diœceſis, quam primus adminiſtrauit Frater Guido Deo deuotus heremita. Procurante eo Reginaldo redemptio facta eſt quadraginta captiuorum, poſt autem ſuæ adminiſtrationis nonum & decimum annum Reginaldus moritur.

15. Susceptus est Theodoricus Varreland natione Flander, de Hondiscota Minister, homo impiger, & ad res bene gerendas aptissimus. propterea rogatus ad Romanū adire Antistitē, vt de eximēdo Ordine & de conseruatoribus obtinendis priuilegium impetraret, lubens id negotiū in se recepit, collatis illi ex aëario publico quadringentis aureis scutis, appositus est illi ad peregrinationem comes Frater Rogerius Toteual, domus de Fayaco Minister Sed optimus Pater dum per Italiā iter facit, mortuus est, nec quo genere morbi aegrotauit, aut quo loco sit sepultus inuenio. Reuersus inde Rogerius, nullam eius interitus aut pecuniæ rationē exhibuit. Creditum est Fratrem Stephanum de Menilli Focardo Theologum doctorem, qui ministratiōi præerat domus sancti Maturini, & Priorem Cerui-frigidi, Fratri Rogerio fauif-

se, & eam sibiipsis distribuiffe pecuniam.

Dum vacat maior Ministratus assumitur ad Ordinis custodiam doctor ille Stephanus, erat enim in sacris litteris non parum eruditus, & disertus admodum prædicator, statura breui, & animo supra quam religioni congruit elato. Hic quia Pontifici Ioanni 22 gratus habebatur, petiit ab eo sibi maiorem ministratum conferri. Interim dum hæc procurat Stephanus, dies fuit Capituli generalis, vbi apud Ceruum - frigidum congregatis magno numero Ministris, cum custos Stephanus assedisset multa de obedientia Gallicè præter morem concionatus est, postquam dicendi fecit finē electis de more correctoribus Capituli: Est, inquit, Fratres & Venerabiles ministri, quod ego bona pace vestra nunc sum dicturus. Summus Pontifex, cui notus ipse sum, me ve-

strum maiorem Ministrum inscium profecto suæ voluntatis instituit, cuius rescriptum ipse horatim expecto: Differte (precor) eligere pastorem: donec ad vos delatum decretum fuerit Pontificis. Non vos præterquam diligens in exornanda sancti Maturini domo extiti, enim uero cum ad eam regendam vocatus sum fratres quotidiano quæstu non aliter quam mendicantes victum quærebant. Nunc mea industria annuos proventus, quibus alantur, habent. Semel ex Garnata, secundo ex Africa præfens captiuos liberaui. Si uestram rempublicam vobis liberaliter assentientibus susceperodabo operam meliora facere, quam hætenus peracta sunt, neque poenitebit me Pontificis gratia uestro Ordini præfectum esse rectorem, quem non somnolentum aut torpente; sed expertum & vigilantem cooperietis: Si uero repugnabitis, cau-

sam nihilominus meam, & pontificis liberale beneficium tueri non prætermittam. Hæc postquam Stephanus locutus est, Ministri scorsum abeuntes, cæperunt varijs consilijs agitari, dubitabundi quid potissimum sequerentur. Placuit tandem electione abstinere, & in annum sequentem permittere Stephano ordinis custodiam. Per hoc igitur temporis interuallum delato ad fratrem Stephanum Apostolico rescripto ipse maiorem Ministrum se nominauit, & generalem Ordinis curam gerere liberè cepit. Sed dum in corrigendo rigidior videretur insurgentibus plurimis aduersus eum Minidabo operam meliora facere, quam hætenus peracta sunt, neque poenitebit me Pontificis gratia uestro Ordini præfectum esse rectorem, quem non somnolentum aut torpente; sed expertum & vigilantem cooperietis: Si uero repugnabitis, cau-

Stephano præfidente, venit cliens cum Regiis litteris, iubetque Fratrem Stephanum præfidentia sedem deferere, & à maioris administrationis cura abstinere, donec de controversia esset definitum.

16. Relicta mox sede Stephanus generali regimine abstinuit, *Ministri* verò protinus Ordinis electo custode, qui Rogerius de Tota valle dicebatur in Capitulo conuenientes Fratrem Petrum Candotè Cerui-frigidi Priorem, maiorem *Ministram* constituerunt, cui fuit cum Fratre Stephano difficilis contentio. Nam *Ministris* hinc inde diuersa sequentibus ex sententia Senatus Parlamenti deputatus est in Ordinis rectorè, Frater Ioannes de Trecis Theologus doctor, qui dum lis igitaretur Ordini præfisset. Diuturna fuit hæc dissensio abeuntibus retrorsum per vitia & desideria carnis fratribus, qui cum nemini parerent, neq; Deum ipsum

ipsum verebantur, accedebant variè in regno Francorum factiones & incursiones Anglorum, per quæ mala dissoluti animi fratres abutebantur viuendi libertate: *Mors* litigantium finem abusibus dedit. Stephanus Parisiis moritur, qui apud S. Maturinum sepultus est. Petrus rutem Candotè in capitalis ordinis domo sepulchrum accepit, nò facile quis credat quantus calamitatis horum contentio nostro Ordini importauit. Studium namque diuersarum partium inuidiam odiūque suscitauit, sustulit obedientiam, auxit rixas: inde pietas, & diuinus cultus relictus est, domus ordinis deserta & sine habitatore produxerunt spineta & dumos, & eo magis quam hostis antiquus (discordantibus principibus) omnia infestabat in his tribulationibus fuerunt tamen, qui pro conditione tēporis periclitanti ordini consuluerunt: Anno enim salutis

lutis 1421 conuenere tandem plerique *Ministri*, qui Fratrem Nicolaum parui Ecclesie sancti *Maturini* *Ministram* instituerunt Ordinis custodem, Igitur accepta custodia cōsilio cum amicis capto *Ministros* vndique ex Prouinciis quantum tēporis nequitia forebat, Parisium vocat, non enim ad Ceruum-frigidum tuto iri poterat. Ad decimam diem *Maij* anno 1422 concurrentibus plerisque presentialiter *Ministris* nonnullis verò ad gerendum eorū vices missis procuratoribus praeside custode Frater Ioānes Halboud de Trevis alias, electus est maior *Minister*.

17. Hic erat Theologus doctor, & astrorum peritissimus, qui inter plerique suae artis hoc insignē fuit Henricus quintus Angliae Rex, nato illi filio Henrico, sciscitatus quam sortem sydera filio protenderent, à loine responsum accepit in itia quidē

Felicis

felicis fore, illumque aliquando Francorum atque Anglorum regnis imperaturum, sed tandem vtrūque regnum perditurum, quod fide non caruit. Ille enim Henricus sextus appellatus, regni diadema apud Parisios adeptus est, & latē multis prouinciis imperauit. Verum à Carolo septimo Francia extrusus, ipse postea ab Eduardo deprehensus vitam in carcere apud Anglos memoria terminauit. Sedit toto tēpore sui administratus apud S. Maturinum vir quidem bonus, sed furentibus bellis Ordini parū prodesse potuit, vixitque inops, quia rarum ab Ordine subsidium capiebat, neque enim Ordinem visitare propter occupatas ab hostibus vias, neque vrbe egredi secretē poterat. Et quod illi à *Ministris* annuatim debebatur tardē & per occultos nuncios inter soluebatur: Congregauit tamen dū melior occasio incidebat ad Capitulum

lum generale Ministros, & salutaris pro temporis qualitate instituit. tã molestã tempelatẽ annos octo decim sustinuit, in Capitulo sancti Maturii Parisiensis terræ commendatus est.

18. Post hunc electus est Frater Ioannes Theobaldus homo corpulentia & proceritate elegans, rei que familiaris valde idoneus, nam domum nostram Cathalanensem opulentam fecerat, eamque per communem Ministrorum assensum cum maiore administratione tenuit, ut inde sumeret vitæ alimentum, donec fœlicior aliqua fortuna Francorum rebus accideret. sed murmurantibus atq; indignantibus nonnullis, quod vna maiore contentus administratione non esset, domo se non sine incommodo abdicauit. Hic Cerui-frigidi Ecclesiam dedicare fecit, & nõ obstantibus bellis captiuos Ministris tribus missis ad id negotium ex Ga-

nati

nata liberavit, quos adolescens vididum Philosophiæ Parisijs studebam, deputati ad redẽptionem fuerunt Ioannes Mindard in Iure Pontificio Licentiatus, de Marchia Minister, Iacobus Dano Minister de Ricux, Ioannes Ambri Minister Metensis. Is gessit maiorem ministratũ per annos circiter decẽ & nouem, & Cathalani propè aram maiorem dextrorsum sepultus est, ipse cum senuisset instituerat sibi Vicarium Radulphum de Viuario, quẽ à pueritia educauerat: vnde factum est ut Fratre Bernardo Lantro sancti Maturini Ministro celebrante (quia custos Ordinis erat) Capitulum apud Ceruum-frigidum ipse Frater Radulphus ex Ministro Cathalanensi maior Minister sit assumptus.

19. Qui dignitate accepta ad Ceruum-frigidum transijt, vbi aliquot annos moratus est, visitauit quatuor prouincias, Franciam, Campaniam,

C Pi-

Picardiã & Normaniã, inde amico-
rũ persuasũ Parisijs habitauit, litte-
ris operã nauaturus, nec multo post
ex Fratris Bernardi Lantrel resigna-
tione ministracionem domus sancti
Maturini per Romani summi Pon-
tificis Sixti quarti dispensacionem
recepit, tenuitq; annos ferè nouem
sed pertaxus rei familiaris, cuius mi-
nimè diligens erat ministracionem
ipsam ad administracionem domus
Turonensis, cui ego præfectus eram
mecum commutauit, retēta ex pro-
uentibus sancti Maturini annua pē-
sione, vsus est me Vicario, & Linguã
Occitanam Castellãmq; bis per me
visitauit. Ex qua duos & viginti ca-
ptiuos ex Garnata liberatos ad eum
per multas Ordinis domos trãsiens
deduxi anno salutis 1466. Mor-
tuus est autem ventris Profluuio, al-
tera die post festum Magdalena
1572. & apud sanctum Maturinum
sepulchro conditus cum epigram-
mate

mate quod illi subscripsi.

Quem sæpe in curuo coluisti popli-
te Patrem,

En morte extinctum nunc pede
Frater agis.

Sic vice conuersa fortunæ vertitur
error.

Sic fuit instar aquæ gloria fastus
opes.

Viximus an iustè, superũ est cogno-
scere tantum,

Terra cadauer habet, mens petat
astra velim.

Quisquis erit post me susceptus in
Ordine maior

Dic precor ex animo viue Ra-
dulphe Deo.

C APPENDIX

APPENDIX

AD CHRONICVM

R. P. F. Roberti Guaguini, de Ministris generalibus Ordinis sanctissimæ Trinitatis & Redemptionis captiuorum.

20 Per Fratrem Iacobum Burgesium Ministrum Prouincialem eiusdem Ordinis in prouincia Picardiæ.

20



FRATER ROBERTUS GUAGINUS vigesimus maior Minister Ordinis sanctissimæ Trinitatis, Flander natione, à teneris annis Deo & Ordini nostro consecratus est in domo de Silua nepe Prouinciæ Picardiæ, ibique professionis monasticæ iecit fundamenta, inde Lutetiam studiorum causa missus

sus tale specimen ingenij sui exhibuit: vt moueret maiorem Ministrum & Capituli generalis correctores (ad quos de Silua nepe miserat epistolam) eius summo ingenio vires addere, & auxilium eius summo ingenio (cui oberat paupertas quominus prouideretur) ne molle & rustica simplicitate duret. Sic demum adiutus ad maiora se extēdit, ad quæ cum peruenisset, accepisset que lauream magistralem Iuris Pontificij, sic illustrauit suæ doctrinæ radijs & facundia non vulgari cum pietate coniuncta academiam Lutetianam: vt haberetur præcipuum (teste Erasmo Roterodamo) illius decus & ornamentum. Eam ob rem quoties Vniuersitati studij Parisiensis cōueniebat viris principibus seu legatis cōgratulari, aut de graui negotio conuenire: Is vnus solus inter tantos academix sapientes, tanquam eloquentior & prudētior ad

id muneris omnium calculis elige-
batur. Hinc eius fama alis duabus sa-
pientia videlicet & facundia adiuta
peruolauit ad Regis Christianissi-
mi palatium: ita vt mox ab eodem
Rege ad Pontificem Maximum, &
ad Senatum Florētinum missus ora-
tor, redierit exorator. Tanta eius
suasionis energia grauitate summa
& doctrina tanquam asseclis comita-
ta: vt de eo scribat Abbas Trithe-
mius in suo cathalogo virorum Illu-
strium, quod tam in scripturis diui-
nis quàm in sæcularibus litteris eru-
ditissimus fuerit, poeta clarus, &
orator facundus, qui sæpè sua elo-
quentia Italos stupidos reddiderit,
Scripsitque de conceptione B. Ma-
riæ librum vnum, tam metro quàm
prosa, contra Vincentium de castro
nouo, Item librum de misera homi-
nis conditione, de arte Metrifican-
di orationes multas, elegantes, & li-
brum vnum epistolarum ac innume-

ra epigrammata. Demum gesta Frã-
corum descripsit stilo Liuiano. Tan-
tis igitur tum naturæ tum gratiæ di-
uinæ dotibus excellens post fidelē
administrationem domorū de Ver-
beria & Turonicæ atque Maturino-
rum. mortuo Rodolpho piæ memo-
riæ maiore Ministro meritò electus
est ad Ordinis custodiam, quam per
menses fermè decem avsq; ad Capi-
tulum generale celebratum anno.
1473. ita laudabiliter & pro voto
omnium administravit: vt ab vniuer-
sis Ministris electus fuerit ad maio-
rem administrationem totius Ordī-
nis. Tum demum cœpit suarum vir-
tutum amplissimum reddere testi-
monium, omniumque desiderio re-
spondere. In domo Maturinorum,
claustra, quæ nunc videntur colum-
nis sustentata marmoreis, à funda-
mentis erexit. Bibliothecam insigni-
nem superstruxit, eamque varijs do-
ctorum virorum monumentis orna-

uit, quibus (proh dolor) meis oculis
ex parte spoliata vidi, præterea,
(quod maius est) nauim Ecclesiæ ab-
soluit, in cuius extremo muro sub
vitrea fenestra hoc distichū incul-
ptum legitur:

Hæc tibi Guaguinus rediens ora-
tor ab vrbe,

Maturine dedit. sis vigil ædituus.
Administrationem autem Ordinis
generalem ita cum munere orato-
ris Regij gessit & tēperauit: vt neu-
tri in aliquo defuerit, imo utilitas &
honor Ordini nostro accreuerint,
vnde Regiæ maiestatis magnificen-
tia aucta est. Habuimus (fateor) eius
prædecessores. multos integritate
& pietate conspicuos, sed hic solus
inter tantos eloquentiam integra-
ti & pietati adiunxit, is doctorum vi-
rorum amantissimus fuit, vt testan-
tur eius epistolæ ad summæ autori-
tatis & eruditionis viros, reges, cæ-
cellarios, & bonarum litterarum co-
ryphæos,

ryphæos, velut ad Erasmus Rote-
rodamum Trithemiū, Faustum An-
drelinum, quem ex Italia ad Caro-
lum octauum Regem Gallorum de-
duxerat. Cuius beneficij memor
poeta iste laureatus Faustus nostro
Guaguino posuit epitaphium istud.

Illustris Gallo nituit qui splendor
in orbe

Hic sua Robertus membra Gua-
guinus habet

Si tanta non sæua viro libithina pe-
percit:

Quid speret docti, cetera turba
chori?

Anno à natali Christiano 1501. 22.
Maij. In hoc sepulchro positus est,
ante altare summum Ecclesiæ Matu-
rinorum, iuxta quod cū effodere-
tur anno 1550. aliud sepulchrum:
apparuit corpus D. R. Guaguini, fer-
me adhuc integrum, quod dum ad-
miraretur tanquam domicilium mul-
tarum virtutum & gratiarum: per-

misit R. Pater Generalis pie & foelicis memoriae D. Theobaldus *Molitor* à corpore detractum mihi ad recordationem & monumentum dari, quod ad hoc usque tempus mihi & studiosis bonarum litterarum in bibliotheca tanquam librum osseum seruo: ut eius inspectione moneamur ne scientiarum liberalium scriptores magistros quaeramus, sed quod scite dignum est ab eo ediscamus, ob eam rem adscripsimus hos versus. R. P. Guaguini caput inclusum valuis alloquitur.

Aspice me (quæso) Roberti carcerementem

Hoc tenui; recolas quæ monumenta dedit.

Te sua scripta monent speculum tibi mortis hoc adsum.

Discito. vita brevis nec tibi certa manet.

Postquã igitur R. P. Robertus Guaguinus per 34 annos maxima cum

traxit

trãquilitate & laude nostrum Ordinem nunc istam tũ illam prouinciã visitando, & suos comministros & fratres officij monedo, administrasset: vitam hanc mortalem & miserã cum æterna & beata commutauit.

21. Huic successit (postquam vacauerat Generalatus per annum) pietate & eruditione insignis Frater Guido Multoris Meldensis Minister, qui anno 1505 curauit redemptionem fieri captiuorum per Fratres Ioãnem Moiffeti Ministrum de Corduis, professione Theologum, Fratrem Ioannem de Laloe Ministrum de Duaco, in Iure Canonico Licentiatum, & Simonem Blocquel Ministrum de Lerinis. Hic postquam fideliter Ordinem per octo ferme annos administrasset, discessit è viuis ad Christum Redemptorem nostrum.

22. Hic habuit in sede maioris Ministri successorem Fratrem Nicolaũ

Multo

Multoris nepotem suum, Ministrū Parisiensem & doctorem in decretis, qui per 34 annos administrans officium Maioris Ministri, multis sanctis operibus se probatum reddidit. Primo enim anno suæ administrationis, iuxta capituli generalis statutum & ordinationem, visitauit prouinciā Campaniæ, & eodem itinere per Lotharingos prouinciā Picardiæ, & eodem anno 22 Martij à Lutetia discedēs, visitauit Prouincias Franciæ & Normaniæ. Inde domum Meldensem à fundamentis extruxit, & à xenodochio publico (quod honesta, ne dicam periculosa) non sit conuersatio fratrum cum monialibus hospitalariis, eos ad claustrū reduxit, hic etiam redemit anno 1539 captiuos Christianos 54 in regno Argeriæ, per Fratres Ludouicum Scuderium, facundū Theologum Ministrum de Stampis, Fratrem Iacobum Vigneron Ministrū
de

de Treccis, Fratrem Robertum Pranger ministrum de Reneri vado, & Fratrem Alexádrum ministrum de Mauritania. Hic vt erat multarum pecuniarum conseruator, cappis de auratis & libris cantuariis, multisq; aliis ornamentis, Ecclesiam maturinorum decorauit, domumq; Meldensem multis redditibus ampliavit. Et nisi male persuasus (vt est senectus facilis, ad quælibet consilia sequenda cū ei non gratificatur) trāstulisset à domo maturinorum, cui præerat Theobaldus molitor frater eius, maximam partem supellectilis suæ pulchræ, ad domum Meldensem (cuius minister erat nepos eius Frater Philippus molitor) paulo antea factus suffraganeus R. Episcopi Cathalanensis: Non vidissemus eam tragœdiam quæ postea acta est cū maximo Ordinis incommodo, nam (vt ait Philosophus) vno dato multa sequuntur alia. Hoc autem refero
non

non vt pudenda retegam, sed vt moncam posteros de translatione illa honorū iniusta & successione, quasi hæreditaria vitandis, ad præscriptum regulæ & statutorum nostrorum, quorum dum fit transgressio Deus nos in grauissimam perniciem labi permisit: Ita vt hic bonus Pater & Reuerendus Generalis iam decrepitus factus sibi imponi à nepote Philippo sineret. Iste enim Honoris cupidus extorsit ab auunculo resignationem officij maioris Ministri in curia Romana, quæ cum esset iuri & cõsuetudini Ordinis repugnans (cuius substantia cõsistit in electione & communi consensu Fratrum Ministrorum, quorū libertati in eligendo non intendit, summus Pontifex derogare) omnes Ministri rationi innitentes, admittere eam iure noluerunt multas ob causas. In primis Episcopus cui facta erat eiusmodi resignatio, non poterat compelli

PELLI ad obseruationem regulæ nec statutorum: quia correctioni & depositioni (si demerita poscerent) nõ subiacebat, nec cogi ad reddendam rationem villicationis suæ poterat, vt pote exemptus ab huiusmodi regularibus obseruantis, sed non exemptus à suspitione ambitionis, quod non per viam electionis sicut duo eius auunculi prædecessores, prouehi niteretur ad maioris administrationis officium etiam cum coactione litterarum Regis Christianissimi, quibus tamē litteris cogi nequibant qui Catholicæ Maiestati subditi erant Ministri in inferiori Germania, imo nec qui in Francia debebant. Rex enim Gallorum ius in beneficiis & non in officiis ecclesiasticis sibi tantum vendicat.

Ex his ergo & pluribus alijs incommodis apparentibus cum constaret prædictum officium mobile & deponibile, cum casus requirit, vacare

Reue-

Reuerendus Prior Cerui - frigidus habito cum præcipuis & antiquioribus Ministris concilio, vocat omnes ordinis Ministros ad Capitulum generale celebrandum in domo capitali ad diem præfixum Maij anni 1546. Eò igitur venientes omnes vocati Ministri, vel eorum Procuratores, elegerunt vnanimivoce (qua via dicitur Spiritus sancti) etiam si cliens Regius ibidem veniens, prohiberet ne id facerent, Reuerendū Patrem Theobaldum Molitorem Ministrum Maturinorum, & doctorem Iuris Pontificij De ea autem electione tanquam abusua cum appellasset dictus Suffraganeus, & post menses aliquot intellexisset alius & verius ex bonorum virorum consilio iura & priuilegia Ordini nostro à summis Pontificibus indulta & de confirmatione regulæ, ab eisdem facta, vbi de electione maioris ministri dicitur, quod electus

maior

maior Minister (secundum formam in regula annotatam) ipsius Ordinis curam plenè habeat; non egens confirmatione summi Pontificis, aut aliterius, vnde constat resignationem non posse fieri nisi corā eis ad quos spectat electio; renunciauit suæ appellatibni, promittens fratribus Ludouico Scuderio doctore eximio Theologiæ; & Ioanni Maunouri Priori dignissimo Cerui-frigidus, optimè de Ordine meritis, & in hoc negotio à maiori Ministro deputatis, se deinceps prouisioni per resignationem sibi à Pontifice summo factæ, & ad Regis supplicationem impetratæ; cessurum, & bullas super hoc confectas traditurum maiori Ministro.

23. Sicque R.P. Theobaldus Molitor pacificè totum Ordinem cepit regere, in quo regimine se fidelem Dei Ministrum exhibuit, visitando suarum prouinciarum domos, eis

D pro-

procurans sua liberalitate & com-
médatione affabili patronos, quos
sciebat suo ordini profeuos. Is etiã
studioforum Meccœ nasterat munifi-
cus: eius munificentia fructus am-
plissimos cum cæteris fratribus stu-
dētibus percepi. Nam in sua ad Ge-
neralatum electione mihi sex au-
reos annuatim dandos promisit, &
vt incenderet ad studia gloria, præ-
scripsit mihi orationem in futuro
capitulo post triennium habendam,
nec destitit quousque auxiliares &
liberales manus mihi porrexisset in
collatione nobis facta domus de Sil-
ua nepe ad promouenda (quantū la-
cunque fuerunt) nostra studia in sa-
cra pagina. Gratiudinis ergo hoc
Terraſtichum suo duxi aſcribendū
ſepulchro.

Vis in quo fuerint, pietas doctrina
que ſcire.

Iſta Theobaldus, cum probitate tu-
lit.

Huius vt æternò maioris fama Mi-
nistri
Sit: ſucceſſores (dic) Deus hiſce
bea.
Poſtquam igitur hic Reuerendus
& bonus Pater Maior magna cum
laude ordinem noſtrum per trede-
cim annos rexit, dormiuit cum Pa-
tribus noſtris, ſepultusque eſt in Ec-
cleſia Maruinorum anno 1568, 6.
Maij, ſicque uadavit per annum Ge-
neralatus, & obijt in ſepulchro
ni ſepulchro piæ memoriæ Theobal-
do Molitoris maioris Miniſtro, ele-
ctus eſt Ordinis cuſtos R. P. Frater
Guillicianus Maunourri doctor The-
ologus Pariſienſis, & Cerui-frigidi
Prior, qui per litteras conuocauit
quattuor prouinciarum Miniſtros
ad celebrandum Capitulum gene-
rale in domo capitali de Ceruo-fri-
gido. 23 Aprilis anno 1570 pro ele-
ctione noui maioris Miniſtri. Ad
quod cum in maximo numero con-

uenissent ex omnibus prouincijs ministri seu eorum Procuratores, & ad electionem essent præparati, surrexit vnus ministrorum qui protestabatur se appellaturum ab electione maioris Ministri, quæ caderet in ministrum, qui teneretur ære debito Ordini nostro, & quæ fieret per nouum modum votis in cartulis scriptis, & secretis, secundum dictamæ sacri Concilij Tridentini, & non secundum alios modos per pragmaticam sanctionem receptos. Hac interiecta protestatione & nonnullis huic protestationi suffragantibus ministris, dissoluta est sine electione congregatio ministrorum, custodia infuturum annum proroganda. Sed cum plures ministri de congregatione ita dissoluta dolerent, nolentq; ministri inferioris Germaniæ re infecta redire ad suos, pluribus sibi assumptis altarum prouinciarum ministris Lutetiam discedunt, ibique

cano.

Sanctissimæ Trinitatis.

canonice eligunt pro custode Ordinis R. P. Fratrem Bernardum Ministrum de Metis, eundemque postri die eligunt per vota secreta (secundum statutum sacri Concilij Tridentini) in maiorem & generalem Ordinis Ministrum. De qua electione cum prouocassent ad Senatū Parlamenti Parisiensis Ministri de parte protestationis resque ab eodem Senatu iuridice discussa fuisset, tandem dictamine seu arresto dicti Senatus electio prædicta tanquam sancta & iuridica confirmata est die xj. Augusti anno 1570.

24. Sicq; R. P. F. Bernardus quasi splendor firmamenti, & quasi stella in perpetuas æternitates successit Theobaldo, vir genere illustris, sed virtutibus clarior, in sacra Theologia apprime eruditus, in Diuinis literis versatissimus, in declamando verbo Dei facile omnes Diuini verbi concionatores sui temporis anteq

cellens, hæreticorum hostis acerrimus. Hic vir Dei suis assiduis conationibus (Diuino suffultus auxilio) plurimos Lutherana hæresi infectos ad fidem conuertit. Qui nullis itineribus, nullis laboribus, nullis periculis, sed neq; ætati pepercit, quo filios sibi charissimos apud Hispaniã de gentes inuiseret, legibusq; sanctis ornaret. Idem vir celebris, religione & sanctitate plenus hucusq; Ordinem pacifice moderatur, paterno nos omnes fouens affectu. Cui suam gratiam augere dignetur qui in Trinitate perfecta uiuit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

¶ Huius egregij viri tempore, factæ sunt in Prouincijs Castella & Bæthicæ apud Hispanos quattuor Redemptiones captiuorum ex potestate turcarum in Argel; quarum prima fuit facta anno Domini. 1580. Prouincialibus in Castella Magistro Fra-

fratre Petro de Bilbao, in Bæthica Magistro Fratre Ildephonso Palomino, Administratoribus, castella fratre Ioanne Gil, Bæthicæ fratre Antonio dela bella.

¶ Sanctorum Reliquias, ossa nempe quindecim redemerunt: & Agnus Dei decem & septem: fratres ac clericos octo; sæculares viros centum quinque: iuuenes viginti septem: pueros viginti duos: fæminas viginti quattuor, numerus omnium 186.

¶ Secunda Redemptio facta fuit anno Domini 1565. Prouincialibus in castella Magistro fratre Petro delCastillo, in Bæthica magistro fratre Ioanne Fœlix de Guzman: administratoribus fratre Ioanne Gil & fratre Iosepho fornario: ex ea captiuitate eductæ sunt centum sexaginta personæ, è quibus sex fratres erant & clerici, fæminæ Octo; pueri viginti numerus omnium. 160.

¶ Tertia contigit anno 1588. Prouincia

uincialibus, in Castella Magistro fratre Didaco de Guzman, in Bæthica Magistro Fratre Francisco de Montilla: Administratoribus fratre Gundifalo Ildephonso de Burgos, & Fratre Petro de Orbaneja. numerus fuit centum & octo Redemptorum, ex quibus fratres & clerici quattuor fuere.

¶ Quarta Redemptio fuit anno 1592. Prouinciali in Castella Magistro Fratre Didaco de Medina, & visitatore in Bæthica Magistro fratre Didaco de Guzman: Administratoribus fratribus Francisco Vazquez, Ioanne de Palacios, Antonio de la Bella. Redempti sunt ducentū viginti octo captiui viri & feminae, ex quibus fratres & clerici octo fuere.

¶ Eodem tempore Lusitaniae Prouincia sex peregit Redemptionses ex Africae Regno, quod moderatur Xarife, in quibus ultra duo millia captiuorum eduxit e Sarracena captiuitate

uitate, eorum qui in potestate Maurorum venerunt, quando Sebastianus Lusitaniae vltimus Rex in bello Africae misere periit: sed horum plures expensis catholici Regis Philippi secundi huius nominis, qui ad hoc munus fratres nostri Ordinis designauit.

¶ Ad quod etiam obeundum frater vnus in ciuitate (quæ vulgo Maruecos dicitur) semper assistit. Hæc Acta sunt Prouincialibus fratre Roche de Spiritu sancto, & Magistro fratre Christophoro de Iesu. Hispaniis operibus prouinciae Hispaniae intentæ sunt (ad ea stimulante nostro Reuerendissimo & meritissimo Bernardo) atque ad alias Redemptionses iam iam se accingunt.

¶ Hic breuis est epilogus Generalium nostrorum: nam præclara omnia eorum opera, & gesta virorum insignium, sanctorum que nostri Ordinis huius libelli angustia non ca-

pit: quæ omnia breui in lucem prodibunt. Amplissima enim Ordinis Chronica (quæ ex plurimum librorum scriptis concinnata ad finem iam accedit) cito prælo mandabitur.

NOMINA DOMORUM Ordinis SSS. Trinitatis.

In Pronincia Italiæ Domus quattuor.

Prima domus Ordinis SSS. Trinitatis est Roma constructa, & dicta S. Thomæ de Formis nunc vero S. Stephanus in Trullo.

D. Neapolis. D. Genue. D. de Paleyru,

In Prouincia Gallicæ. Domus. 12.

d. de Cerno frigido.

d. Parisiensis.

d. Meldensis.

d. Pontis bleandi.

d. de Clavomonte.

d. de Verberis.

d. de Stampis.

d. de Calz.

d. Mitriaco.

d. de Faiaco:

d. de Ponte herarem

d. de Siluella.

In prouincia Campaniæ. domus. 11.

d. 11

d. de Trecis.

d. de Marchia.

d. de Cathalano.

d. de Gloria Dei.

d. de Bara supra Sequanam.

d. de Vizriaco.

d. de Meris.

d. de Vidua.

d. de Soudeio.

d. de Grandiprato.

d. de Fera capanica.

In prouincia Picardix. do-

mus. 14.

d. de Attrebatensis.

d. de Hondiscota.

d. de Vienna.

d. de Siluanep.

d. de Duaco.

d. de Andrigniez.

d. de Templosio.

d. de Lenso.

d. de Aurea-valla.

d. de Lerinis.

d. de Concordia.

d. de Huro.

d. de Bastonia.

d. de Reueruado.

In prouincia Nor-

manix. do-

mus. 14.

d. de Rieux.

d. de Costro Brienfi.

d. de Lexonio.

d. de Perrina.

d. de Beluário supra-

mare.

d. de Mauritania.

d. de Roboreto.

d. de Sarseau.

d. de Turono.

d. de Taliburgo.

d. de Dinardo.

d. de Pulteria.

d. de Belleau.

Cōuetus S. Michaelis

apud Pontisaran.

In

In prouincia Lin-
guæ Occitanæ,
domus. II.

d. Tholosana.

d. pontis Hortesij.

d. Pirapiscensis.

d. sancti Gaudentij.

d. de Limosa.

d. Castrensis.

d. de Corduis.

d. de monte Pefulano

d. Narbonensis.

d. Tarambi.

d. de Medulco.

In prouincia Pro-
uēciæ domus 9.

d. Auinionensis.

d. Tarasconensis.

d. Arelatensis.

d. Mafsilienfis.

d. de Lambesto.

d. Lewicarum.

d. de Digne.

d. S. Stephani terre

non.

d. de Limone.

In prouincia An-
glia domus 6.

d. S. Roberti.

d. de Motyndes.

d. de Hodestouue.

d. de Tellefourd.

d. de Oxonia.

d. de Tcogne exemptu

In Hybernia vnica

est minister de Atha-

cia in diocesi Lymu-

riensi.

Prouinciæ Sco-

tia domus. 6.

d. de Reblis.

d. de Failfurd.

d. Fontiscotie.

d. Aberdinenfis.

d. de Houston.

d. de Dumbra.

In prouincia Ca-

stellæ domus 24.

d. Burgenfis.

d. To-

d. Toletana.

d. Vallisoletana.

d. Salmantina.

d. de Madrid.

d. de virtutibus.

d. Talaberenfis.

d. Methinenfis.

d. Arcualensis.

d. Conchenfis.

d. de Texeda.

d. Civitatenfis.

d. Segouienfis.

d. Collarenfis.

d. Fontis sancte.

d. Pontis Regine.

d. Complutenfis.

d. Sancte Marie del

Campo.

d. de la Bienparada.

d. camorenfis.

d. de la guardia.

d. de los barrios.

d. de Sarracin.

d. In Cantabria.

Monasteria mo-
nialium sunt qua

tuor.

d. de Villoruels.

d. de Medina.

d. de S. Clemente.

d. de Burgos.

In prouincia Ara-

gonia domus 26

d. de Valencia.

d. Casaragustana.

d. Barcelonensis.

d. de Mallorca.

d. de Lerida.

d. In Collegio Casar-

aguste.

d. de Xacina.

d. de Daroca.

d. de Vingaña.

d. de Royuela.

d. de Teruel.

d. de Tortosa.

d. de Monçon.

d. de Orihuela.

d. de.

d. de Calaragud.	d. Cordubensis.
d. de Alcira.	d. Garnatensis.
d. de Sant Salvador.	d. Vbetensis.
d. de Tarragona.	d. Malacitana.
d. de Moniedro.	d. Ciensis.
d. de Balbastro.	d. Pascensis.
d. de Villafranca.	d. Marcienfis.
d. de Valaguer.	d. Anduxarenfis.
d. de las Sogas.	d. de Xerez.
d. de Piora.	d. de Ronda.
d. de Peñiscola.	d. de Marbella.
d. de Anorifola.	d. de la Rambla.
In prouincia Por-	d. de Tarifa.
rugalia. do-	d. Baccensis.
mus 6.	d. de la Membrilla.
d. Vlysiportensis.	d. de Aimeria.
d. de San Ebarcm.	d. de los Angeles.
d. de Coymbra.	Domus monialium
d. de Zimbra.	huius Prouincie
d. de la Lofa.	sunt. 3.
d. de Ceuta.	d. de Villena.
In prouincia Bæ-	d. de Badajoz.
thica domus 18.	d. de Andujar.
d. Hispalensis.	Finis.



REGVLA

FRATRVM ORDINIS
Sanctissime Trinitatis, & Redem-
ptionis captiuorum ab Innocentio ter-
tio concessa, & confirmata anno pri-
mo sui Pontificatus, Incarnationis ve-
re dominice millesimo centesimo nona-
gesimo octauo decimo sexto Ka-
lendas Ianuarij.



INNOCENTIVS
Episcopus seruus seruorum
Dei Dilectis filijs Ioan-
ni Ministro, & Fratribus
Sancte Trinitatis Sabu-
tem & Apostolicam benedictionem. Operati-
te diuine dispositionis clemencia in Sedis Apo-
stolice specula constituti pijs debemus affectu

64 Regula primitiua fratrum.
 bus suffragari: & eos cum à caritatis radice
 procedunt, perducere ad effectum: presertim
 ubi quod queritur, Iesu Christi est, & priva-
 ta communis utilitas ante fertur. Sane cum
 tu dilecte in Christo fili Frater Ioannes Mi-
 nister ad nostram olim præsentia accessisses,
 & prepositum tuum (quod ex inspiratione
 diuina creditur processisse) nobis humiliter
 significare curasses, intentionem tuam postu-
 lans. Apostolico minime conformari. Nos
 ut desiderium tuum in Christo fundatis (præ-
 ter quem poni non potest stabile fundamen-
 tum) plenius nosceremus ad venerabilem fra-
 trem nostrum Episcopum, & dilectum filium
 Abbatem sancti Victoris Parisiensis, cum
 nostris te duximus litteris remittendum, ut
 per eos (ut pote qui desiderium tuum perfe-
 ctius nouerant) de intentione tua, & intentio-
 nis fructu ac institutione Ordinis, & uiuen-
 di modo instructi assensum nostrum tibi pos-
 semus securius, & efficacius impartiri. Quia
 igitur sicut ex eorum litteris cognouimus, eu-
 denter Christi lucrum appetere uideamini plus-
 quam uestrum, uolentes ut Apostolicum uo-
 bis

Ordinis Sanctis. Trinit. 65
 bis adsit presidium, Regulam iuxta quam
 uiuere debeatis (cuius tenorem dicti Episco-
 pus, & Abbas suis nobis inclusum litteris
 transmiserunt: cum his que de dispositione no-
 stra, & petitione tua Fili Minister duximus
 adiungenda) presentium uobis & successori-
 bus uestris auctoritate concedimus, & illiba-
 ta perpetuo manere sancimus. Quorum teno-
 rem ut euidentius exprimamus, inferius dex-
 imus adnotari.

INCIPIT RE-
 GULA PRIMI-
 tiva.

IN NOMINE SAN-
 ctæ ac indiuiduæ Trinita-
 tis, fratres domus Sanctæ
 Trinitatis & captiuorum, sub obe-
 dientia prælati domus suæ (qui mi-
 nister uocabitur) in castitate & sine
 proprio uiuant.

Et Omnes
 De tri-
 bus vo-
 tis &
 prælati
 nomine

66 *Regula primitiua fratrum*

¶ Omnes, res vnde cunq; licite ve-
 De diuiniant, in tres partes diuidant æqua-
 sione boles. Et in quantum duæ partes suffi-
 norum cient, exequantur ex illis opera mi-
 ac redẽsericordiæ; cum sui ipsorum & eis
 ptione necessario famulantium moderata
 captiuo sustentatione: tertia vero pars refer-
 rum. uetur ad redemptionem captiuo-
 rum, qui sunt incarcerationati pro fide
 Christi à paganis, vel dato pretio ra-
 tionabili pro redemptione ipsorũ,
 vel pro redemptione paganorum
 captiuorum, vt postea rationabili
 commutatione & bona fide redima-
 tur Christianus pro pagano secun-
 dum merita & statum persona-
 rum. Cum vero pecunia data fue-
 rit, vel aliquid aliud, licet specia-
 liter, & proprie detur ad aliquid
 semper de consensu illius qui de-
 derit; tertia pars separetur, & ali-
 ter non recipiatur. Exceptis terris,
 pratis, vineis, nemoribus, ædificijs,

Ordinis Sanctis, Trinitie. 67

nutrituris, & huius modi: fructus
 enim inde exeuntes (deductis expẽ-
 sis, scilicet medietate remota pro
 expensis) in tres partes diuidantur
 æquales. Sed quæ pauca, vel nul-
 las recipiunt expensas, omnes diui-
 dantur. Cum vero panni, vel calcea-
 menta, vel minuta huiusmodi, qui-
 bus necesse sit uti, quæ vendi, vel cõ-
 seruari nõ expedit, data fuerint, vel
 à se ipsis habuerint non diuidantur
 nisi ministro domus & fratribus, vi-
 sum fuerit expedire, de quibus, sin-
 gulis dominicis diebus (si fieri po-
 test) in capitulo deliberetur. Si ta-
 men prædicta (vt, panni, terra, nutri-
 turæ, seu minuta) venderentur, pre-
 tium inde proueniens in tres partes
 vt supra diuidatur.

¶ Omnes ecclesie istius Ordinis in
 titulentur nomine sanctæ Trinitatis
 & sint pluri operis.

¶ Fratres possunt esse in vna coha-
 bitatione tres clerici, & tres laici,

E 2 &

De re-
 bus in
 termo-
 nis
 7
 De illi
 am de
 alicu-
 a
 De illi
 ad rone
 De illi
 7
 De illi
 De illi

De si-
 culo &
 a dif-
 cijs.
 4
 De no-

68 Regula primitiva sacrum

mer. fra & præterea vnus qui procurator
aris pro fit; qui non procurator sed minister
curato- (vt dictum est) nominetur, vt Frater
re & sa N. minister domus sanctæ Trinitatis
rista. & captiuorum, cui fratres repromit
5 tere ac impendere obedientiam te
De offi neantur.

cio mi- ¶ Omnibus fratribus suis (sicut si
nistri. bimet) minister fideliter admini-
6 stret.

De vesti ¶ Vestimenta sint lanæa, & alba, &
an & ho liceat eis habere pelliceas singulis
vestate singulas, & brachas, quas iacentes
habitus non deponant.

7 ¶ Iaceant in lanæis, ita quod plu-
Dele- meâ, fulcra, vel culcitra, nisi in ægri
Etis & tudine laborantes, in domibus pro-
dormi- priis minime habeant. cervical ve-
torio. ro ad sustentationem capitis, permit-
8 tantur habere.

De sig- ¶ In cappis fratrum imponantur
nis. signa.

9 ¶ Equos non ascendant, nec Etiã
De equi habeant, sed asinos tantum liceat as-
cen-

Ordinis Sanctis Trinit. 69

cedere, datos, vel acomodatos, vel raturis
de propriis nutrituris susceptos;

¶ Vinum sumendum a fratribus 10
taliter temperetur, quod sobrie su De so-
mi valeat. brietas

¶ Ieiunent ab idibus Septembris, 11
secunda, quarta, & sexta feria, & sab De iei-
bato, nisi solennis festiuitas interue niis.
nerit, vsque ad pascha. Sic tamen vt
ab aduētu domini vsque ad natiuita-
tem dominicam, & à quinquagesi-
ma vsque ad pascha (exceptis domi-
nicis diebus) incibo quadragesima
li ieiunent: & alia similiter ieiunia,
quæ consuevit Ecclesia celebrare,
potest tamen quandoque ieiunium
Minister relaxare, propter ætatem,
ve viam, & aliam iustam causam, vel
facultate inspecta etiam augmen-
tare

¶ Carnibus datis ab his qui foris 12
sunt, vel sumptis de propriis nutri- De ab-
turis vesci liceat tantum in domini stinen-
cis diebus à pascha vsque ad aduen tiis.
tum

70 *Regula primiciua fratrum*

tum domini, Et à natali vsque ad septuagesimam, & in natiuitate, & Epiphania Domini, & in ascensione domini, & assumptione, & purificatione beatæ mariæ, & in festiuitate omnium sanctorum. Nihil emant ad victum præter panem, & pulmentum (scilicet) fabas, & pisa, & huiusmodi legumina, olera, oleum, oua, lac, caseos, & fructus sed neque pisces, siue vinum liceat emere, nisi ad necessitatem infirmorum, vel minorum, vel pauperum, aut magnis solennitatibus. Liceat etiam nutrituras emere & nutrire.

13
*De itin-
neranti-
bus &
de fugi-
tiuis &
aposta-
tis.*

¶ Cum vero in itinere siue peregrinatione fuerint, liceat eis (sed parce) vinum emere, & pisces in quadragesima, si necesse fuerit, & si quid eis datum fuerit inde viuant, & residuum in tres partes diuidant, tamen si fuerint in via profecti ad redimendos captiuos, quid quid eis datum fuerit totum debent ponere in redem-

Ordinis Sanctis. Trinit. 71

redemptione captiuorum, præter expensas. In ciuitatibus, in uillis, siue castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas (nisi forte in domo Religionis) etiam si à quouis rogentur, comedant, vel bibant, nisi forte aquam in domibus honestis, nec pernoctare præsumant extra huiusmodi domos. Nunquam in tabernis, vel huiusmodi locis in honestis habitet, comedant, vel bibant qui autem hoc præsumpserit, iuxta arbitrium ministri graui vindictæ subiaceat.

¶ Talis sit caritas inter fratres clericos & laicos, vt eodem victu, vestitu dormitorio, refectorio, & eadem mensa vtantur.

¶ Infirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendam conuersus aliquis laicus, siue clericus de putetur, qui ea quæ necessaria fuerint, inquirat, & Ministret, sicut fuerit ministrandum, mo-

14
*De refe-
ctione
fratrum.*

15
*De in-
firmis &
infirmis
vid.*

72 *Regula primitiua fratrum*

neantur in firmi, vt lauta siue nimirum sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, et salubri moderatione contenti.

16
De hospitalitate fratrum.

¶ Cura hospitum, & pauperum, & omnium euntium & redeuntium vni de discretioribus & benignioribus fratribus iniungatur, qui audiat eos, & vt expedire viderit, caritatis solatium administret: requirat tamen ab illis quos crediderit admittendos, si eis quae fratribus apponuntur velint esse contenti: ad lauta quidem siue nimirum sumptuosa cibaria non oportet quemquam admitti, quaecunque tamen praestanda sunt cum hilaritate praestentur, & nulli maledictum pro maledicto reddatur. Si quis & maxime religiosus ad hospitandum ad venerit, benigne suscipiatur & caritatiue (iuxta posse domus) illi subministretur. Avena tamen, vel aliud loco avenae hospitibus non detur, si fuerint in ciuitate, vel oppido, vel

vbi

Ordinis Sanctis. Trinit. 73

vbi venalis inueniatur: nisi forte religiosi sint hospites, vel tales qui ad manus non habeant, & non emere possint si autem hospites venalem non inuenerint, & in domo qua suscepti fuerint, inueniatur, congruenter eis praebatur.

¶ Nullus frater laicus siue clericus sit (si fieri potest) sine proprio officio. Si quis vero laborare noluerit, & potuerit locum illum deserere compellatur, cum Apostolus dicat: qui non laborat non manducet.

17
De officio fratrum.

¶ Silentium obseruent semper in ecclesia sua, semper in refectorio, & semper in dormitorio. De necessariis tamen, liceat loqui aliis temporibus aptis, remissa voce, humiliter, & honeste, et extra praedicta loca.

18
De silentio & circatore.

¶ Ubique sermo eorum sit honestus & sine scandalo, similiter & eorum omnis actus, gestus, vita, actio, & omnia alia honesta in eis reperiantur.

19
De modestia & honestate.

E 5 ¶ Ca-

74 *Regula primitiua fratrum*

20 *De do-* *capitu-* *lis & de* *pœnis.* *morum* *capitu-* *lis & de* *pœnis.* ¶ Capitulum (si fieri potest) singulis dominicis diebus, in singulis domibus, Minister cum fratribus suis teneat, & de negotijs domus, & domui siue fratribus datis, vt ad redemptionem captiuorū tertia pars deputetur, fratres Ministro, & minister fratribus rationem fideliter reddant, non solum fratribus, sed & familiæ domus pro capacitate sua. Similiter singulis dominicis diebus (si fieri potest) exhortatio fiat & quod credere aut agere debeant, simpliciter moneantur. De omnibus rebus & clamoribus fratres in capitulo iudicentur. Nullus fratrum fratrem suū in publico accuset, nisi bene possit probare, qui autem hoc fecerit, pœnam subeat, quam reus subiret si conuinci potuisset, nisi minister ex causa cum eo dispensare voluerit. Siquis scandalum, vel aliquid huiusmodi fecerit, vel (quod absit)

Ordinis Sanctis. Trinit.

75

absit) se inuicem percusserint, iuxta arbitrium ministri, maiori, vel minori vindictæ sub iaceat. Si quis frater in fratrem peccauerit, idē eo solo sciente, qui injuriam passus est sustineat patienter, licet sit innocens: & cum quieuerit cōmotiō animorum, benigne ac fraterne comoneat & corripiat eum vsque ter inter se & ipsum solum, & pœnitentiā agere de cōmisso, & à similibus in posterum abstinere, quod si non audierit, dicat ministro, & ille corripiat eum secreto, Secundum quod viderit saluti eius expedire. Qui vero scandalum mouit, si perse emendare voluerit, tōtum ante pedes scādalizati petens veniam se extendat & si semel non sufficit vsque ter illud idem faciat. Si vero hoc in publicum venerit, quæcunque sequutura fuerit pœnitētia, hæc sit prior (scilicet) ante pedes ministri peten-

do

76 *Regula primitiua fratrum*

do veniam totius corporis extensio-
ne, & postea secundum eius arbi-
trium emendetur.

21
*De ca. Genera-
li.* ¶ Generale capitulum semel in an-
no celebretur, quod fieri debet in
octauis penthecostes.

22
*De de-
bisis &
causis
ad iudi-
cē de fe-
rendis.* ¶ Si pro necessitate domus debi-
tum aliquod fuerit contrahendum
prius in capitulo fratribus propo-
natur, & cum eorum fiat consilio &
assensu, vt sic & suspitiones, & mur-
mura euitentur. Si quisquam de sub-
stantia domus violentiam fecerit,
& ad iudicem oportuerit referri,
non ante hoc fiat, quam caritatiue
ille a fratribus primo post ab alijs
vicinis similiter moneatur.

23
*De ele-
ctione
minis-
trorum
& capi-
tulis.* ¶ Electio *Ministri* per cōmune fra-
trum consilium fiat: nec eligatur se-
cundum dignitatem generis, sed se-
cundum vitæ meritum, & sapientiæ
doctrinam. Ille vero qui eligit sacer-
dos sit, vel clericus Ordinibus ap-
tus. *Minister* vero, siue maior siue
minor,

Ordinis Sanctis. Trinit.

minor, sacerdos sit.

¶ *Maior minister* confessiones fra-
trū omniū congregationū eiusdē or-
dinis audire potest. *Minor* vero mi-
nister omniū fratrum suæ domus au-
diat cōfessiones: dūmodo verecūdiā
repetiti excessus, occasionē minime
præbeat, tardius prælatis suis, vel
minus pure quam deceat confiten-
di: solicite vero minister prouideat
vt præcepta regulæ, sicut cæteri fra-
tres per omnia teneat.

¶ Postquam vero electus fuerit, Si
ex culpa deponi meruerit, per ma-
iorem ministrum conuocatis tribus
vel quattuor ministris minoribus
deponatur, & alius qui dignus sit, lo-
co eius subrogetur. Si vero pro re-
motione terrarum, vel alia causa ra-
tionabili, maior minister hoc facere
non potuerit, vices suas ministris
minoribus, magis quæ religiosis cō-
mittat, & quod illi fecerint, autori-
tate maioris ratum habeatur. *Maior*

24
*De offi-
cio &
potesta-
te mini-
strorum
Ordinis
25
De de-
positio-
ne missi
Arortē.*

78 *Regula primitiva fratrum*

vero minister si pro excessibus cor-
rigendis deponendus sit, per qua-
rtuor, vel quinque ministros (eius-
dem Ordinis) magis religiosos hoc
fiat, qui tunc auctoritate capituli
generalis ad hoc eligi debent.

26 ¶ Si quis huius Ordinis frater esse
De no voluerit, primo per annum cum ex-
nitiiis pensis suis, præter victum (habitu
Georib suo, & omnibus suis retentis) in Or-
receptio dine pro Deo seruiat, & post annū,
ne, & si bonum, & conueniens videatur
parreno ministro domus, & fratribus, & illi
estiorū locus vacauerit, recipiatur. Nihil ta-
men pro receptione sua exigatur.
Si quid tamen gratis dederit, reci-
piatur, dum tamentale sit, de quo
non videatur ecclesie litigium im-
minere. Si vero de cuius quam mo-
ribus visum fuerit dubitandum, pro-
lixior de eo probatio habeatur. Si
ante receptionem aliquis se intem-
peranter habuerit, & impatiens di-
sciplina, ad arbitrium ministri non
emen-

Ordinis Sancti. Trinit. 79

emendauerit mores suos, tribuatur
ei modeste licentia cum omnibus
quæ attulit recedendi.

27 ¶ In ordine vero aliquis non reci-
piatur, antequam annum videatur
vicesimum compleuisse, Professio
vero in arbitrio ministri relinqua-
tur.

28 ¶ Pignora non accipiānt, nisi de-
cimas, cum licentia sui Episcopi.

¶ De manu laici iuramenta non fa-
ciant, nisi magna necessitate, cum li-
centia ministri, vel iussi ab Episco-
po suo, vel ab alio vices Apostolicas
gerere: & hoc pro honesta & iusta
causa. Si quod vitium in re, quæ ve-
ditur notū fuerit, indicetur empto-
ri. Deposita auri, vel argenti, vel
pecuniæ non liceat eis suscipere.

29 ¶ Ipsa die, qua infirmus venerit
vel asportatus fuerit, de peccatis
suis confiteatur, & communicet.

30 ¶ Omni secunda feria, præterquā
in octauis Paschæ, & Penthecostes,
&

De no
nitiiis
Georib
receptio
ne, &
parreno
estiorū

De pro
fitendis
pro
fessione
28
De pig
noribus
& deci
mis.
29
De iura
mentis
& appe
llationi
bus, &
aliis.
30
De hos
pitali et
fir-
mis.

80 *Regula primitiua fratrum*

31 & natiuitatis domini, & circuncisio
De sus nis & Epiphaniæ, & præterquam in
fragis festiuitatibus, quæ ad colendū pro-
fratru nuntiantur, finita missa pro fide-
defun- bus, fiat absolutio fide-
Etorum rum in cœmiterio.

32 ¶ Singulis quoque noctibus (ad
De ora minus) in hospitali coram pauperi-
rione bus pro statu, & pace Sanctæ Roma-
Obene næ Ecclesiæ, & totius Christianita-
dicta. tis, & pro benefactoribus, & pro
his, pro quibus generalis Ecclesia
consuevit orare, communis fiat ora-
tio.

33 ¶ In regularibus horis, morē bea-
De regu- ti Victoris obseruent, nisi forte pau-
laribus sationes vel aliæ prolixitates vel vi-
horis giliæ, occasiōe laboris, & paucitatis
canoni- seruientium, de consilio piorum, &
sis. religiosorū virorum fuerint remit-
tendæ: propter paucitatem etenim
suam, tantas pausationes in psallen-
do facere non tenebuntur, nec ita
tempestiue surgere.

¶ In

Ordinis Sanctis Trinit. 81

¶ In rasura similiter ordinē sancti vi 34
ctoris sequantur clerici: laici vero *De ra-*
barbas non radant, sed eas cresce-
sura fra- re modeste permittant. *trum.*

¶ Nulli ergo hominum liceat, hanc
pāginam nostræ concessiōis, & cō-
stitutionis infringere, vel ei ausu te-
merario contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumpserit, indig-
nationem omnipotentis dei, & be-
atorum Petri, & Pauli Apostolorum
eius se noverit, incursum. Datis
Laterano quinto idus februarii pō-
tificatus nostri anno primo.

¶ Finit regula fratrum Ordinis san-
ctissimæ Trinitatis de sumpta de
verbo ad verbum ex secundo tomo
operum innocenti tertij libro pri-
mo epistolarum decretalium in epi-
stola, cuius titulus est, Ioanni Mini-
stro & fratribus sanctæ Trinitatis,
ex impressis Coloniae, anno. 1575.
fol. 305.

F Regu-



R E G U L A
F R A T R U M O R D I N I S
 Sanctissimæ Trinitatis, & Redem-
 ptionis captiuorum ab Innocentio ter-
 tio eis primo concessa & confirmata,
 Ab Honorio tertio, Alexandro
 quarto, Urbano quarto Clemēte quar-
 to, Leone decimo, Adriano sexto, ac
 Pio quarto in multis modificata, &
 dilucidata.

DROLOGVS Clementis quan-
 ti in regule huius Ordinis modi-
 ficatione. Clemens Episcopus ser-
 uis seruorum dei dilectis filis ministro maio-
 ri & fratribus vniuersis Ordinis sanctæ
 Trinitatis & captiuorum salutem, & apo-
 stolicam benedictionem. In Ordine vestro
 eius-

eiusque professoribus quos sincere diligimus,
 id semper haberi quaerimus, ut assiduis spiri-
 ritualibus potissime, ac temporalibus etiam
 incrementis proficiant, & honestatis fru-
 ctus delectabiles proferant, & honoris. Un-
 de recte agimus, si his quæ ad hæc promouen-
 da, ex consulta deliberationis fiunt providen-
 tia, ut in concussa in posterum permaneant,
 auctoritatis robur Apostolicæ adhibemus.
 Dudum sane ut accepimus, vobis fœlicis re-
 cordationis Urbano papæ prædecessori nostro
 exponentibus, quod prætextu obseruantie
 statutorum, & regule ipsius ordinis, plerum-
 que dubitationes creiebantur fratribus, ex quo
 ipsis habentibus conscientias scrupulosas cir-
 ca diuinorum executionem, & utilitatem,
 procurationum temporalium ordini præfato,
 difficultatem damnosam frequenter ingeri,
 contingebat, ac super hoc vobis per apostoli-
 cam postulanti bus providentiam subueniri,
 dictus prædecessor venerabili fratri nostro
 Episcopo, & dilectis filiis sancti victoris, &
 sanctæ Genouefæ abbatibus parisiensibus, suas
 dedit litteras in mandatis, ut ipsi facientes se-
 E 2 bi præ-

84 *Regula modificata fratrum*
 hi predicta statuta, & regulam exhiberi, ac
 diligenter examinantes eadem corrigerent,
 & statueret circa ipsa prout (secundum Deum) ip-
 sorum saluti, & utilitati memorati Ordinis
 cognoscerent expedire. Verum Episcopus &
 abbat es prae dicti facientes sibi statuta, & re-
 gulam exhiberi, ac ea examinantes iuxta for-
 mam sibi traditam ea correxerunt, & circa
 ipsa nonnulla etiam statuerunt, prout (secun-
 dum deum) predictorum Ministri & fratrum
 saluti, & utilitati eiusdem Ordinis ipsis vi-
 sum exitit expedire. Sicut in litteris inde co-
 fectis sigillatis sigillis Episcopi, & abbatum
 praedictorum, plenius continetur. Nos itaque
 vestris supplicationibus inclinati, quod per eos-
 dem episcopum, & abbat es proinde factum est
 in hac parte ratum habentes, & firmum illud
 auctoritate Apostolica confirmamus. Tenen-
 tes litterarum ipsarum, de verbo ad verbum
 facientes praesentibus annotari, qui talis est.

INCIPIT REGULA
 modificata.

IN

Ordinis Sanctis Trinit. 85



IN NOMINE SAN-
 ctæ & indiuiduæ Trinita-
 tis. Fratres Ordinis Sanctæ
 Trinitatis & redemptionis captiuo-
 rum, sub obedientia prælati do-
 mus suæ (qui minister vocabitur)
 in castitate & sine proprio viuant.
 Qui fratres extradomos suæ pro-
 fessionis mitti non valeant, nisi pro
 scandalis manifesta poenitentia in-
 digentibus, & pro alleuatione do-
 morum suarum, & pro noua domo
 ædificanda, & in hoc solo casu pro-
 uideatur eis tanquam illius domus
 professis.

¶ Omnes res vndeunque licite
 venerint, in tres partes diuidantur
 æquales. Et in quantum duæ par-
 tes sufficiunt, exequantur ex illis
 opera misericordiæ, cum sui ipsorum
 & eis necessario famulantium mo-
 derata sustentatione: tertia vero pars
 referuetur ad redemptionem capti-
 uorum, qui sunt in carcerati pro-

F 2 de

86 *Regula modificata fratrum*
de Christi à paganis, vel dato pre-
tio rationabili pro redemptione ip-
forum, vel pro redemptione paga-
norum captiuorum, vt postea ratio-
nabili commutatione, redimatur
Christianus pro pagano, secundum
merita, & statum personarum. Cum
vero pecunia data fuerit, vel aliquid
aliud, licet specialiter, & proprie de-
tur ad certum vsum, semper de con-
sensu illius, qui dederit (si præsens
fuerit) tertia pars separetur, nisi do-
nator per se ipsum, vel procuratorẽ
idoneum (fratrem vel alium) id in
vsum domus expendat. Si vero dona-
tor absens fuerit, ita quod commo-
de non possit eius assensus haberi
(vel alias) de eius voluntate consta-
re, vt in hoc casu via melior, & tu-
tior habeatur, rei datæ tertia pars
separetur, exceptis terris, pratis, vi-
neis, nemoribus, ædificiis, nutritu-
ris, & huiusmodi: fructus enim inde
excentes (deductis ex pensis) secũ-
dum

Ordinis Sanctis. Trinit. 87
dum rationabiles æstimationes mi-
nistri, & fratrum, in tres partes diui-
datur æquales. Sed quæ paucas, vel
nullas recipiunt expensas, omnes
diuidantur. Cum vero panni, calcea-
menta vel minuta huiusmodi (qui-
bus sit necesse vt) quæ vendi, vel
conseruari non expedit, data fue-
rint, vel à seipsis habuerint, non di-
uidantur: nisi ministro domus, & fra-
tribus visum fuerit expedire. De
quibus singulis dominicis diebus (si
fieri potest) in capitulo deliberetur
Si tamen prædicta, vt panni, terræ,
nutrituræ, seu minuta venderentur,
pretium inde proueniens in tres par-
tes vt supra diuidatur. De nemori-
bus autem, foenis pratorum, stragmi-
nibus agriculturarum, & fructibus
arborum, pecorum, & hortorum ad
vsum necessarios liceat fratribus ac-
cipere. Si quid vero de prædictis
vendi contigerit, vel de fructibus ar-
borum potus fieri, tertia pars red-
da-

88 *Regula modificata fratrum*
tur captiuus, secundum formam su-
perius annotatā. Si domus, vel quæ
cumq; alia, à quouis licite, sub quo
cumq; nomine fratribus conferan-
tur, donatoribus exponatur, qualis
ter de bonis suis tres debeant face-
re portiones, & si donator voluerit
res diuidi, diuidantur, & si non, non
diuidantur. Quæ autem vsque mo-
do collata sunt fratribus, secundum
quod de uoluntate donatorum ea re-
ceperunt, liceat eis de ipsis dispone-
re, & uoluntatē donatorum pro pos-
se suo ad implere. Fructus uero col-
lectos de bonis postea acquisitis (de-
ductis expensis) secundum quod de
aliis supradictum est, diuidere tene-
buntur. De aliis quæ in ecclesia offe-
runtur, uel alio modo apportantur,
ut uelimenta panni, serici, oblatio-
nes & huiusmodi, ipsi ecclesiæ in
suis necessariis (ut libris, cera, oleo,
& aliis eiusdem ornamentis) prou-
deatur, quod autem supererit diui-
datur

Ordinis Sanctis. Trinit. 89
datur. Si domus, terræ possessiones
uel alia unde redditus proueniunt,
uel conseruandis fructibus sunt ne-
cessaria, calamitate aliqua uel casu
destruantur, liceat fratribus de com-
munibus bonis prædicta in statum
debitum reformare, & hoc de con-
sensu maioris ministri, uel eius vica-
rij, seu uisitorum illius prouinciæ.
Si tamen pro fratrum congrua sus-
tentatione, necessitas exegerit, hu-
iusmodi diuisio ex bonis indifferen-
ter relictis arbitrio ministri prouin-
cialis (pro tempore existentis) relin-
quatur. Dum modo illa non ad alios
usus quam redemptionem, & pau-
rum subuentionem, ac hospitalium
reparationem, seu constructionem,
ac fratrum Ordinis sustentationem
conuertantur. Et sic ultra tertiam
partem huiusmodi, absque alicuius
conscientiæ scrupulo, percipere ip-
si fratres & leuare valeant.

¶ Omnes Ecclesiæ istius ordinis

F 5 quas

90 *Regula modificata fratrum*

culo & quas fratres sibi ædificauerint, in ti-
a dif- tulentur nomine Sanctæ Trinitatis
cijs. & sint plani operis.

4 ¶ Tot fratres possunt esse in vna
De nu- cohabitatione (tam clerici quam lai-
mer. fra- ci) quot ministro & fratribus vnus
erū pro cuiusque domus visum fuerit ex pe-
curato- dire, quorum vnus procurator sit,
re & sa qui non procurator, sed minister (vt
crisla. dictum est) nominetur: cui fratres
repromittere, ac impendere obediē-
tiam teneantur.

5 ¶ Omnibus fratribus suis sicut sibi
De offi- met (iuxta posse domus prout vni-
cio mi- cuique opus fuerit) minister fideli-
nistri. ter administret.

6 ¶ Vestimenta sint lanæ & albæ, ex
De vesti- cepta cappa, quæ brunæ coloris e-
ta & ho- rit. Et liceat eis habere pelliceas
nestate (prout vnus cuiusque exposcit ne-
labitus cessitas), & brachias, quas iacentes
non deponant.

7 ¶ Iaceant in lanæis, ita quod plu-
Dele- meæ fulcra, vel culcitra, in domi-
bus

Ordinis Sanctis. Trinit. 91

bus propriis (id est) in quibus ad ma-
Etis & nendum fuerint deputati, nisi in dormi-
torie. ægritudine laborantes, & de fo-
ris venientes (& hoc extra dor-
mitorium) minime habeant. In
aliis vero domibus sui ordinis, &
alibi vbi cumque siue in itinere, siue
in peregrinatione fuerint, pote-
runt iacere fratres in talibus lectis,
quales eis fuerint præparati, ita ta-
men quod tunicas non deponant.
Cervical vero cum cosino ad sustē-
tationem capitis permittantur ha-
bere.

8 ¶ In cappis, et caputiis fratrum im-
ponantur signa (videlicet) crux in
Desig- pectore, cuius brachium, quod va-
nis. dit in longum sit de panno rubeo, il-
lud autem, quod vadit intransuer-
sum, sit cærulei coloris. Calceamē-
menta habeant clausa, et ordinata,
ita tamen quod genua non excedāt
nisi sint equitantes.

9 ¶ Liceat fratribus equos ascende-
De equi- re,

92 *Regula modificata fratrum*
saturis. re, et equitaturas tales habere, qua-
les poterunt, et sibi viderint expedi-
re, dum nimis notabiles non exi-
stant.

10 *De sob-*
brietate ¶ Vinum sumendum à fratribus
taliter temperetur, vt sobrie sumi
valeat.

11 *De ieiu-*
niis. ¶ Ieiunent à propinquiori domi-
nica festo beati Martini hyemalis,
vsque ad natiuitatem Domini, & à
quingagesima vsque ad Pascha, in
super & aliis temporibus anni omni
sexta feria, nisi festiuitas nouem le-
ctionum interuenerit, vel octaua:
ita tamen quod à quingagesima
vsque ad Pascha incibo quadragesi-
mali ieiunent, & alia ieiunia, quæ cõ-
suevit ecclesia celebrare. Potest ta-
men quandoque minister ieiunium
cum discretionem relaxare, propter
ætatem, vel viam, vel aliam iustam
causam, vel etiam (facultate inspe-
cta) augmentare.

12 *De ab-*
¶ Carnibus datis ab his, qui foris
vel

Ordinis Sanctis. Trinit. 93

sūt, vel sumptis de proprijs nutritu
ris, vel etiã emptis vesci liceat tantũ
dominicus diebus à Pascha vsque
ad dominicã propinquiore festo
Beati Martini hyemalis, & à natali
vsque ad septuagesimam: & in nati-
uitate, & Epiphania domini, & in
Ascensione domini, & in Assumptio-
ne, & Purificatione beatæ Mariæ, &
in festo omnium Sanctorum, & in
infirmis & infirmitatibus. Pos-
sunt tamen ministri cum fratribus
suis de carnibus edendis extra re-
fectorium, & in via ex iusta, & ratio-
nabili causa dispensare. Luceatque
fratribus sagimine vesci: ac in super-
si qualitas temporis, & monasterio-
rum necessitas id exegerit, etiam in
ipso refectorio (aduentus tamen, &
alijs à iure prohibitis temporibus
exceptis) carnibus huiusmodi vesci
possint. Luceat etiã nutrituras eme-
re & nutrire.

13 *De iti-*
¶ Cum vero in itinere, siue pere-
gri-

94 Regula modificata fratrum
ueranti *bus.* grinatione fuerint, si quid eis datū fuerit, inde uiuant, & residuum in tres partes diuidant. Tamen si fuerint in via profecti ad redimendum captiuos, quid quid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptione captiuorum, præter expensas. In ciuitatibus, in villis, siue castellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas (nisi forte in domibus religiosis etiam si à quouis rogentur, & cum Archiepiscopis, & Episcopis, & regibus, si inuitati fuerint) comedant, vel bibant, nisi forte aquam in domibus honestis. Neque pernoctare præsumant extra huiusmodi domos, nisi forte aliquorum magnatum, vel prælatorū fuerint officijs deputati. Nunquam in tabernis vel huiusmodi locis in honestis habitent, comedant, vel bibant. Qui autē hoc præsumserit (iuxta arbitriū ministri) maiori, vel minori vindictæ subiaceat.

¶ Talis

Ordinis Sanctis Trinit. 95

¶ Talis sit caritas inter fratres clericos, & laicos, vteodem victu, vestitu dormitorio, refectorio, & eadem mensa vtantur. *De refectioe fratrum.* 14

¶ Infirmi seorsum dormiant, & comedant, ad quorum curam habendam conuersus aliquis laicus, siue clericus deputetur, qui ea, quæ necessaria fuerint, inquiret, & Ministret, sicut fuerit ministrandum. *De infirmis.* 15
Monentur tamen infirmi, vt lauta, siue nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, et salubri moderatione contenti.

¶ Cura hospitum, et pauperum, et omnium euntium, et redeuntium, vni de discretioribus, et benignioribus fratribus iniungatur: qui audiat eos, et vt expedire viderit caritatis solatium administret. Requirat tamen ab illis, quos crediderit admitte- *De hospitio fratrum.* 16
tendos, si his, quæ fratribus apponuntur velint esse contenti, ad lauta quidem, siue nimium sumptuosa cibaria.

ria.

96 *Regula modificata fratrum*

ria, non oportet quemquam admit-
ti. Quaecumque tamen praestanda
sunt cum hilaritate praestentur, et
nulli maledictum pro maledicto red-
datur. Siquis tamen (et maxime re-
ligiosus) ad hospitandum aduene-
rit, benigne suscipiatur, et caritati-
ue (iuxta posse domus) illi subminist-
retur. Avena tamen, vel aliud loco
avenae hospitibus dare non tenean-
tur, Si fuerint in civitate, vel oppido
ubi venalis inveniatur, nisi forte re-
ligiosi sint hospites, vel tales, qui ad
manum non habeant, et emere non
possint. Si autem hospites vena-
lem non inveniunt, & in domo
qua suscepti fuerint hospites, inue-
niatur, congruenter eis praebear-
tur.

¶ Nullus frater laicus, siue clericus
sit (si fieri potest) sine proprio offi-
cio. Siquis vero laborare noluerit,
et potuerit, iuxta arbitrium minis-
tri canonice puniatur, cum Apo-
stolus

Ordinis Sanctis. Trinit. 97

lus dicat: qui non laborat non man-
ducat.

¶ Silentium semper obseruent in
choro, nisi frater alicuius fratris, vel
alterius forte confessionem in dicto
loco audiat. Pauca etiam verba in
choro sub silentio, & sine strepitu,
propter aliquam iustam causam lo-
qui poterunt. In dormitorio, & re-
fectorio silentium obseruabunt, nisi
necessitas aliqua, vel iusta causa eos
ad loquendum compellat. In quo casu
paucis verbis et summissa voce loque-
tur. Extra vero praedicta loca, liceat
eis loqui temporibus aptis submissa
voce, humiliter & honeste.

¶ Vbique sermo eorum sit hone-
stus, & sine scandalo, similiter & eo-
rum omnis status, gestus, vita, actio &
omnia alia honesta in eis reperiatur.

¶ Capitulum (si fieri potest) singu-
lis diebus dominicis, in singulis do-
mibus, Minister cum fratribus suis
teneat, & de negotijs domus, &

G domui.

17
De offi-
ciis fra-
trum.

18
De silo-
rio
circas
re.

19
De mo-
destia
ho-

20
De do-
morum

98 *Regula modificata fratrum*
lis & de domui siue fratribus datis, & fami-
pœnis. liæ nomine Ordinis. Ut ad redem-
ptionem captiuorum tertia pars de-
putetur, fratres Ministro, & mini-
ster fratribus rationem reddant,
Similiter singulis dominicis diebus
(si fieri potest) exhortatio fiat &
quid credere aut agere debeant,
simpliciter moneantur. De omnibus
rebus & clamoribus fratres in capi-
tulo iudicentur. Nullus fratrum fra-
trem suum in publico accuset, nisi be-
ne possit probare, qui autem hoc
fecerit, poenam subeat, quam reus
subiret si conuinci potuisset, nisi mi-
nister ex causa cum eo dispensare
voluerit. Siquis scandalum, vel ali-
quid huiusmodi fecerit, vel (quod
absit) se inuicem percusserint, iuxta
arbitrium ministri, maiori, vel mi-
nori vindictæ subiaceat. Si quis
frater in fratrem peccauerit, (sci-
licet contra fratrem) idem eo solo
sciente, qui injuriam passus est su-
stineat patienter, licet sit inno-

Ordinis Sanctis Trinit. 99
uens: & cum quieuerit comotio ani-
morum, benigne ac fraterne com-
moneat & corripiat eum secrete
inter se & ipsum solum, & peniten-
tiâ agere de commissis, & à similibus
in posterum abstinere, quod si non
audierit, dicat ministro, & ille corri-
piat eum secreto, secundum quod
viderit saluti eius expedire. Qui ve-
ro scandalum mouit, si perse emen-
dare voluerit, totum ante pedes scâ-
dalizati petens veniam se extendat
& si semel non sufficit usque ter il-
lud idem faciat. Si vero hoc in pu-
blicum venerit, quacumque sequu-
tura fuerit poenitentia, hæc sit prior
(scilicet) ante pedes ministri peten-
do veniam totius corporis exten-
sione, & postea secundum arbitrium
ministri emendetur.

¶ Generale capitulum semel in an-
no celebretur, quod fieri debet do-
minica quarta post pascha. In quo
capitulo quolibet anno correcto-

216
De ca.
Genera

82 Regula modificata fratrum

res maioris ministri eligatur, qui vna
cū maiori ministro, vel eius vicario,
corrigēdi & definiēdi omnia qua
corrigēda & definiēda sunt in capi-
generalis tēpore ipsius capit. etiā visi-
tatores cōstituēdi in diuersis provin-
ciis & locū futuri capit. generalis ad
signādi habeāt potestātē. Nullus er-
go simplex frater ad generale capi-
tulū accedat, nisi vocatus à maiori
ministro, vel missus à suo proprio mi-
nistro, vel aliquā iustā causam in mi-
nistrū suum prætenderit, quam si in
capitulo generali non fuerit prose-
quutus, ad arbitriū maioris ministri,
& correctorum canonice puniatur.

22
De de-
bitis cō-
trahen-
dis.

¶ Si pro necessitate domus debi-
tum aliquod fuerit contrahendum,
prius in capitulo fratribus propo-
natur, & cum eorum fiat consilio, &
assensu, vt sic suspitiones, & murmu-
ra euitentur. Si quis de substantia
domus violentiam fecerit, & ad iu-
dicem oportuerit referri, non ante

hoc

Ordinis Sanctis. Trinit. 101

hoc fiat, quam caritatiue ille à fra-
tribus moneatur.

¶ Electio ministri per commune
consilium fratrum clericorum fiat,
nec eligatur secundum dignitatem
generis, sed secundum vitæ meritū
& sapientiæ doctrinam. Ipse vero
qui eligitur, siue maior siue minor
minister sacerdos sit, & professus.

¶ Maior vero minister postquam
electus fuerit (secundum formam
in regula annotatam) ipsius Ordinis
cūram plene habeat, & libere gerat
prout hactenus extitit obseruatum
& consuetum, fratrumque omnium
congregationum confessiones au-
dire, & absoluerē ab omni transgres-
sione regulæ suæ possit autoritate
minor vero minister omnium fratrum
domus suæ audiat confessiones, dū
modo verecundia repetiti excessus
occasionem minime præbeat, tar-
dius prælatis suis, vel minus pure
quam deceat confitendi. Solicite

23
De ele-
ctione
minist-
rorum
& capi-
tulis.

24
De offi-
cio &
poteste-
te mini-
strorum
Ordinis

G 3 vero

vero minister prouideat, vt præcepta regulæ, sicut cæteri fratres per omnia tencat.

25
De de-
positio-
ne mini-
strorū.

¶ Postquam vero electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem ministrum, conuocatis tribus vel quatuor ministris minoribus, si cōmode intra tres dietas à loco valeant inueniri: & si cōmode haberi non possint assumptis secum tribus vel quatuor fratribus eiusdem Ordinis (viris religiosis, & honestis) de quorum consilio, & assensu deponatur, & alius (qui dignus sit) loco eius subrogetur. Si vero pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili, maior minister hoc facere nō potuerit, vices suas ministris minoribus, magis religiosis, cōmittat. Si vero duo, vel tres pro locorū distantia haberi cōmode nō possūt per aliquē ministrū (virū religiosum, & honestū) cū tribus, vel quatuor fratribus religiosis hoc fiat: & quod illi fece-

runt

runt autoritate maioris ratum habeatur. Maior vero minister, si pro excessibus corrigendus, vel deponendus fuerit, per quattuor vel quinque ministros eiusdem ordinis magis religiosos hoc fiat, qui tunc autoritate generalis capituli ad hoc eligi debent.

¶ Si quis huius Ordinis frater esse voluerit, primo per annum in habitu fratrum cum expensis suis, præter victum (omnibus suis retentis) in Ordine pro Deo seruiat, & post annum, si bonum, & conueniens videatur ministro domus, & fratribus, ille recipiatur. Nihil tamen pro receptione sua exigatur. Si quid tamen gratis dederit recipiatur, dum tamen tale sit, de quo non videatur ecclesiæ litigium imminere. Si vero de cuiusquam moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si ante professionē aliquis se intem-

26
De no-
uitiis

G 4 per 20

104 Regula modificata fratrum

peranter habuerit, & impatiens disciplinae, ad arbitrium ministri non emendauerit mores suos, tribuatur ei modeste licentia cum omnibus quae attulit recedendi.

27
De pro
fitendis
& pro
fessione

28
De pig
noribus
& deci
mis.

29
De iura
mentis
& appe
llationi
bus, &
aliis.

30
De hos
pitali
& in
firmis.

¶ In ordine vero aliquis non recipiatur, antequam annum videatur vicesimum compleuisse, Professio vero post annum in arbitrio ministri relinquatur.

¶ Pignora non accipiunt, nisi decimas, cum licentia sui Episcopi.

¶ De manu laici iuramenta non faciant, nisi magna necessitate, cum licentia sui ministri, vel iussi ab Episcopo suo, vel ab aliquo vices Apostolicas gerere: & hoc pro honesta & iusta causa. Si quod vitium in re, quae venditur notum fuerit, indicetur emptori.

¶ Ipsa die, qua infirmus asportatus fuerit, de peccatis suis confiteatur ministro, vel ei cui minister iniunxerit, & communicet, et alia omnia

sacra

Ordinis Sanctis. Trinit. 105

sacramenta ecclesiastica percipere valeat ab eodem.

¶ Omni secunda feria, praeterquam in octaua Paschae, & Penthecostes, & natalis domini, & circumcisionis domini, & epiphaniae, & praeterquam in festiuitatibus noue lectionum, & in octaua omnium sanctorum, & aliarum festiuitatum, finita missa pro fidelibus, fiat absolutio fidelium defunctorum in caemiterio.

¶ Singulis quoque noctibus ad minus, in hospitali coram pauperibus pro statu, & pace sanctae Romanae ecclesiae, & totius Christianitatis, et pro benefactoribus, & pro his, quibus generalis ecclesia consuevit orare, communis fiat oratio.

¶ In regularibus horis morem beati victoris obseruent, exceptis fratribus seruitiis principum, et praetorum deputatis, et fratribus itinerantibus, exceptis etiam pausatibus, et prolixitatibus, et vigiliis;

G 5

quae

31
De sus
fragiis
fratrum
defun
ctorum

32
De ora
tione
& bene
dicta.

33
De regi
aribus
heris.

106 *Regula modificata fratrum*
quæ occasione laboris, vel paucita-
tis seruientium, poterunt eis remie-
ti, de consilio piorum, et religioso-
rum virorum, ad hoc in suo capitu-
lo generali, de suis ministris, vel fra-
tribus specialiter electorum. Prop-
ter paucitatem etenim suam, tantas
pauſationes in pſallendo facere nõ
tenebũtur, nec ita tẽpeſtiue surgere

34
De ra-
ſura.


¶ In raſura ſimiliter ordinem bea-
ti Victoris ſequãtur clerici, laiçi ve-
ro barbas non radãt, ſed eas ad mo-
dum templariorum, vel conuerſo-
rum Cisterciensium creſcere permic-
tant.

¶ Datis à Clemente quarto Viter-
bii anno millesimo ducentesimo
ſexageſimo tertio, ſeptimo idus de-
cembris, ſui pontificatus anno ter-
tio. Nulli ergo hominum liceat hãc
paginam noſtræ conſeſſionis, et cõ-
ſtitutionis, et confirmationis in frin-
gere, vel ei auſu temerario contrai-
re. Si quis autem hoc attentare præ-
ſum-

Ordinis Sanctis. Trinit. 107

ſumpſerit, indignationem omnipo-
tentis dei, ac beatorum petri, et Pau-
li Apoſtolorum eius ſe nouerit in-
cuſurum.

LECTORI



I TIBI CONTI-
giſſet (religioſe lector)
Chriſtum audire docen-
tem, aut poſt eius aſcen-
ſum in cœlum cum Apo-
ſtolis ab ſpiritu ſancto
inflammari, & edoſeri: fruſtra librum hunc
tibi concinnaremus. Nam Hieremie cap. 31.
Dominus dicit, legem Euangelicam à Chriſto
in terris agente non eſſe ſcribendam (ut olim
lex Moyſis) in tabulis lapideis ſed cordibus
fidelium imprimendam. Dabo (inquit) legem
meam in viſceribus eorum, et in corde eorũ
ſcribam eam et regius Pſaltes pſalm. 39. ex-
ponente Diuo Paulo ad Heb. 10. legem Dei
clamat

clamaui, cordi Ecclesie in aduentu Redemptoris fore figendam. Nam ita Christum inducit cum Patre loquentem, in capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei hoc est in corde Ecclesie, quæ corpus est meum. Et rationem huius reddit annuntiaui iustitiam in ecclesia magna: nostra enim ecclesia magna dicitur ad distinctionem parue synagoge. Etenim magisterium Christi & oris eius doctrina cordi penetrabat hominum & rebelles etiam compellebat voluntates, non coactione sed efficacia virtutis. Isaiæ enim cap. 30. scriptum est, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum: ubi originalis vox significat præceptorem & imbrem quia sicut dura terra aqua penetrat, emollit, & geminare facit; ita etiam & eius sermo obstinatas lenibat & immutabat voluntates. ExPLICIT hoc Evangelista Iohannes cap. 6. scriptum est (inquit) & erunt omnes docibiles Dei. Locum illud adducit Isaiæ cap. 45. ponam universos filios tuos doctos à Domino, hoc est qui Christum audierint loquentem, repente docti


erunt: nam eius doctrina subito afficiebat voluntatem & illustrabat intellectum. Ob hanc igitur rationem Christo apud homines degenere nullus scripsit Apostolorum, sed multo post eius in caelum ascensionem (ut in prologis aduertit Hieronymus) memoriæ iuvandæ gratia, & ut convincerentur hæretici. Quia ergo nobis non est datum de super subditorum cordibus leges imprimere; ideo volumen hoc tibi exhibens servandum, minis, poenis, & terroribus propositis: ut quem amor legis non trahit, flectat timor. Sed ne forte mireris cur post tot regulas & constitutionum nostrarum impressos libros & abrogatos hunc velimus servari. Scito Reuerendissimum Bernardum maiorem ac generalem Ministrum, cum Hispaniam inuiseret quattuor patribus magistris iniunxisse, ut ex. 33. constitutionibus (quas ipse apud nos stabilivit) & ex antiquis statutis generalium & provincialium capitulorum volumen hoc in totius Hispaniæ utilitatem compingerent & prælo mandarent (ut in speciali eius commissione nobis relicta clarius constat) quod non sine magno labore esse.

effectum est. Aduertas igitur oportet nihil aliud tibi in hoc libello proponi quam primam regulam. Nam constitutiones omnes, quæ præter regulam sancuntur, sunt regulæ glossæ et expositiones. Quoniam 33. constitutiones Reuerendissimi Bernardi, & antiqua statuta Reuerendissimorum generalium et capitulorum generalium, quæ celebra sunt anno .1429. sub Ioanne generali ministro & anno 1573. et anno 1579. sub Bernardo maiori et generali ministro in domo Cerui frigidi (vt constat ex constitutionibus impressis Duaci anno 1586) et capitulorum provincialium sanctiones et acta ab eodem Bernardo maiori (quem multis annis Deus seruet incolumem) confirmata ex regula nostra deducta sunt. Quæ omnia in hoc libro collecta videtis. Proposita enim parte textus regulæ mox constitutiones scribuntur, quæ eam partem explicant. Non tamen potuimus, non adde-
re nouas quasdam leges, quæ neque sunt contra regulam, neque ex regula colliguntur sunt tamen maxime necessariæ ad mo-

rum compositionem et integritatem. Quibus lectis nostrum consilium (vt opinor) probabis. Hæc te monere volumus, ne forte nouum hunc librum recipere grauareis.

Vale.

35



EPIGRAMMA

*Grande chaos legum, veterum que
volumina patrum*

*Vnus in exiguo hoc corpore tomus
habet.*

*Zelus, amor que gregis dispersa rede-
git in unum.*

*Mel sicut ex herbis attica carpit
apis.*

*Antiquas cape lector opes, noua
que Ordinis acta:*

*Nam tibi cunctorum hoc opus in-
star erit.*



EXPOSITIO

REGVLÆ FRA-

TRVM ORDINIS SAN-

CTISSIMAE TRINITA-

TIS, ET REDEMPTIONIS CA-

ptiuorū secundum modificationem

& declarationem à summis Pontifi-

cibus factam, conciliorum de-

creta, & constitutiones

eiusdem Ordinis.

¶ Numerus primus de tribus vo-

tis & prelati nomine.

In nomine sanctę & indiuidue Trinitatis. Tex. I.

Fratres domus sanctę Trinitatis & Capti-

uorum sub obedientia prelati domus sue,

(qui minister vocabitur) in Castitate, & si-

ne proprio viuant.

H RE-

§ 1.
D. T. 22. q.
186. e.
7. Ma-
tth. 19.



RELIGIONIS STA-
tus, (cum sit via ad perfe-
ctionem) in his tribus ne-
cessario consistit (nempe) obedi-
entia, castitate, & paupertate: dicente
Domino, si vis perfectus esse, vade,
& vende omnia, quæ habes, & da
pauperibus et veni, sequereme. Nam
tria sunt potissimum, quæ blanda
quadam & dolosa mulcedine homi-
nem alliciunt, separant à Deo, & in
interitum præcipitant voluntarium:
diuitiarum (nempe) cupiditas (dicta
à Paulo idolorum seruitus) quæ pau-
pertas proculdubio enecat: sensibi-
lium præcipue venerarum delecta-
tionum concupiscentia; quæ conti-
nentiaæ voto, tanquã fortissimo telo
prorsus opprimitur, & voluntatis hu-
manæ effrenis in ordinatio, quæ im-
patiens Iugo nullius se subdit impe-
rio, cuius impetum obedientia fre-
nat, retardat furorem, & tanquam
habenis diuinis moderatur, & regit.

His

His ergo tribus (videlicet) pauper-
tate: castitate, & obedientia totus
homo ab humanis laqueis liber, &
Dei solius profundæ meditationi cõ-
secratus fit purissimum holocaustũ;
quod totum in Dei honorem olim
ignis consumebar, nec pars aliqua
relinquebatur, quæ humanis serui-
ret vsibus. His tribus hastis pauper-
tate, castitate, & obedientia totius
terræ promissionis Hiericho, prima
ciuitas solo æquatur, & penitus di-
ruitur: ne homo eam incoleret. Nã
continentia Israelitarum Hierichũ-
tini (Carnales homines, omni libidi-
nis genere contaminati) interimun-
tur: ne carnis regnet illecebra, & ve-
ra spiritus paupertas validissimos
ciuitatis illius concussit muros, at-
que deiecit, Iubente Iosue, ne ho-
stium concupiscerent diuitias, ne-
que contingerent spolia. Et vnus
Achan, qui regulam auream, & ve-
stem coccineam furtim surripuit, la-

Iosue.
c. 6.

H 2

pidibus

pidibus obrutus interiit: ne illius Auaritia totam destrueret multitudinem. Denique imperio Ducis omnes dum obediunt, Hiericho domini fit holocaustum gratissimum: & Iosue clamat, maledictus homo qui reaedificauerit urbem hanc: nam libidinem, Auaritiam, in obedientiam castitate, paupertate, & obedientiam iam profigatam, & muros urbis rebellis semel Deo oblatos, nefas est, ad seculare commercium iterum reuocare. Cum igitur his tribus votis religio perficiatur, statim in principio ea nobis amplectenda in nostra regula proponuntur. Et quia obedientia principatum obtinet (per quam Deo propria offertur voluntas, quae prestat corporibus & diuitijs, quae per castitatem & paupertatem Deo donantur) primo de ea in regula dicitur.

§. 2. *¶ Sub obedientia prelati domus sue. Ex diuini & naturalis iuris ordine inferiores*

riores suis superioribus obedire tenentur. Hinc in primis expedit ad profectum, & valde necessarium est, ut omnes perfectae obedientiae sedant superiorum (quicumque illi sint) loco Christi Domini agnoscentes, & interna reuerentia et amore eos prosequentes; nec solum in executione externa eorum, quae mandant, integre, prompte, fortiter, et cum humilitate debita sine excusationibus et obmurmurationibus obediunt, licet difficilia et sensualitati repugnata iubeant; verum etiam conentur interius resignationem et veram abnegationem propriae voluntatis et iudicij habere: voluntatem ac iudicium suum cum eo quod superior vult et sentit in omnibus rebus (vbi peccatum non sit) omnino conformantes, proposita sibi voluntate et iudicio superioris pro regula suae voluntatis et iudicij, quo exactius conformentur primae ac

118 *Expositio regula fratrum*

summæ regulæ omnis bonæ volûta-
tis & iudicij, quæ est æterna bonitas
& sapientia.

§.3. ¶ Liberam sui ipsorum, rerumque
suarum dispositionem omnes cû ve-
ra obedientia superiori relinquunt,
nihil ei clausum, ne consciëntiam qui-
dem propriam tenendo, non repu-
gnando, nō contradicendo, nec vlla
ratione iudicium propriū ipsius iu-
ditio contrarium demonstrando, vt
per vnionē eiuldem sententiæ & vo-
luntatis atque per debitam submis-
sionem melius in diuino obsequio
conseruentur, & progrediantur.

§.4. ¶ Omnes obedientiam plurimum
obseruare, & in ea excellere stu-
deant: nec solum in rebus obligato-
rijs, sed etiã in alijs; licet nihil aliud
quam signum volûntatis superioris si-
ne vilo expresso præcepto videatur
Versari autē debet ob oculos Deus
creator ac dñs noster, propter quē
homini obediëntia præstatur, & vt in
spiri,

Ordinis Sanctis. Trinit.

omni spiritu amoris & nō cū perturbatio-
ne timoris procedatur, curandū est.

¶ Ad superioris vocem perinde ac
si à Christo Domino egredieretur
quam promptissimi simus, re quauis
atque ad eolittera à nobis inchoata
nec dum perfecta relicta modo sa

§.5. ¶ Ad eum scopum vires omnes ac
intentionem in Domino conuertam-
us, vt sancta obediëntia tum in exe-
cutione, tum in voluntate, tum in
intellectu sit in nobis semper omni
ex parte perfecta cum magna celeri-
tate & spirituali gaudio & p̄t̄ seue-
rãtia quicquid nobis iniunctū fuerit
obeundo, omnia iusta esse nobis per-
suadendo omnem sententiã ac iudi-
cium nostrum cōtrarium coeca qua-
dam obediëntia abnegando.

¶ Quisque sibi persuadeat quod qui
sub obediëntia viuunt se ferri ac regi
à diuina prouidentia per superiores
suos finire debēt, perinde ac si cada-
uer esset, quod quoquo versus ferri

120 *Expositio regule fratrum*

quacumque ratione tractari se sinit
vel similiter atque senis baculus,
qui vbi cumque et quacumque in re
velit eo vti, qui eum manu tenet ei
inseruit.

§. 8. ¶ Cum aliquis ad ministeria culi-
næ obeunda ingreditur, vel ad eum
iuuandum, qui coquus est eidem obe-
dire cū magna humilitate, in rebus
omnibus ad ipsius officiū pertinēti-
bus, debet. Atque valde necessariū
est vt omnes non solum ministro do-
mus sed etiam omnibus sub ordina-
tis officialibus (qui ex illo autori-
tatē acceperunt) obediant: et assue-
scant non intueri, quis ille sit, cui
obediunt; sed potius quis ille pro-
pter quem, et cui in omnibus obe-
diunt, qui est Christus dominus: se-
cus faciens arbitrio ministri punia-
tur.

§ 9. ¶ Cum prælatis obedientia & re-
*Infor-*uerentia debeat omnes fratres
mulario prælatum suum reuereantur, ita vt
vbi-

Ordinis Sanctis. Trinit. 121

vbi cumque fuerit, siue stans, siue se *d. 2. c.*
dens (excepto dormitorio) nullus *2.*
frater coram eo transire audeat, nisi
ei se inclinet. In quocumque etiam
loco siue in conuentu siue extra, si
fratribus sedentibus minister super-
uenerit, assurgere debent, nec sede-
re, donec ipse sedeat, vel eos sede-
re præcipiat. Obseruare etiā debent
omnes vt maxime coram eo in om-
ni habitu suo disciplinatē se ha-
beant: et nunquam verba contra
modestiam, aut disciplinam coram
eo proferre præsumant; quod si for-
te in loquutione aliqui modum ex-
cesserint, et ipse tacere præceperit,
nullo modo amplius loqui, præsu-
mant. si de qua consuetudine dubi-
tatur, quidquid ipse inde diffinierit
ratum habeatur.

¶ Quæ à superioribus circa admi- *§. 10.*
nistrationem agenda sunt, nemo cu-
riose ab illis exquirat, aut coniectu-
ram faciendo de ijs sermonem mi-

H 5 liceat:

sceat: sed vnusquisque sibi ac mune-
ri suo attendens, quicquid de se, at-
que alijs constituendū erit, tanquā
de manu Dei expectet.

§. 11.

¶ Non solū omnes caput aperiānt
suis superioribus; sed etiam sacerdo-
tibus ij qui sacerdotes non sunt, &
omnes fratres magistris, & discipuli
suis præceptoribus. Vnus quisque
autē superiores alloquatur magna
cū reuerentia: is vero quē superior
alloquitur aut reprehendit, humili-
ter & sine interpellatione audiat.

§. 12.

¶ *Qui minister vocabitur.* Hinc fit om-
nes nostri Ordinis prælatos vocari
debere ministros, & eorum officia
esse administrationes. vbi discāt præ-
lati veræ humilitatis se esse futuros
exemplar: quam in nomine ministri
clausam esse, Christus indicauit apo-
stolis magna ambiētibus: quicūque
(inquit) voluerit inter vos maior fie-
ri, sit vester minister: & qui voluerit
inter vos primus esse sit vester ser-

uus;

uus, sicut filius hominis non venit
ministrari, sed ministrare.

¶ *In castitate.* Custodia castitatis adeo §. 13.
est annexa regulæ monachali, vt ex c. ad mo-
vi illius nostri fratres huic sæculo ab *nasteti-*
renuntiantes, toti que Dei seruitio *ū extra*
mancipati, & se se propter regnū cæ *de statu*
lorum castrantes, in castitate, & per *mona-*
petua continētia viuere teneantur, *ch. 12.*
mundātes se ipsos ab omni inquina *ch. 19.*
mento carnis & spiritus; (vt inquit 2. *Cor.*
apostolus) solliciti solū quæ Dei sūt, 7.
quomodo placeāt Deo vt sūt sancti 1. *Cor.*
corpore & spiritu. Qua propter præ 7.
cipimus omnibus nostri Ordinis fra-
tribus, ita caste & continenter viue-
re, vt etiam signa castitatis & conti-
nentiæ foris exhibeant: nec solū im-
perū libidinis coerceant; sed & libi-
dinis signa omnino destēt. Quod
si quis hoc neglexerit grauiterpunia-
tur: Si vero de peccato carnis (quod
Deus auertat) cōuictus, vel cōfessus
fuerit voce actiua & passiuā carcat,

in qua

124 *Expositio regule fratrum*

in qua non possit dispensari, nisi post modum ita religiose vixerit, & conuersatus fuerit, vt à diffinitoribus capituli generalis vel prouincialis habilis factus fuerit: hæc tamen habilitatio ante octo annos ad minus non fiat.

§. 14. ¶ Et sine proprio uiuant. Cum huius nostræ congregationis fratres non solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs renuntiauerint in ipsa met Ordinis susceptione, & semper promissam obedientiam penitus prælatorum potestati & imperijs in Christo et pro Christo subdiderint: certum est nihil habere, possidere, vel accipere sine superioris licentia debere. Et ne oppositum facientes (uxori Loth similes, quæ retro aspiciens in Salis statuam conuersa est) incidat in Saluatoris sententiam, dicentis, nemo mittens manum suam ad aratrum, & retro aspiciens aptus est regno Dei: ideo (vt

Genes. 19.

q. 1. c. nō dicatis.

et refer. 12.

D. aug.

§. 14.

Ordinis Sancti. Trinit. 125

in Concilio Tridentino decretum *sess. 25* est) nemini regularium istius Ordinis tam virorum quam mulierum bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitates fuerint, etiã quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere liceat: sed statim ea superiori tradantur, & conuentui incorporentur; nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad usumfructum, vel usus administrationem, aut commendam. Mobilium uero usum ita superiores permittant, vt eorum suppellex statui paupertatis (quam professi sunt) conueniat: nihil que superfluum in ea sit, nihil etiam quod necessarium sit, eis denegetur. Quod si quis aliter quicquam tenere deprehensus fuerit, vel conuictus, is biennio actiua & passiua voce sit priuatus, atque etiã iuxta regulam, & Ordinis constitutiones

*c. admo
nasteri-
um 1920-
nacho-
rum.*

tiones puniatur.

§.15. ¶ Præterea cū (iuxta Sacri concilij Tridētini decretū supradictū) fratribus solū permittatur vsus rerū mobiliū id est ius vtēdi illis, præcipimus omnibus et singulis fratribus, ne aliqua bona nisi ad vsū tantū, & de licētia suorū prælatorū teneāt: ita vt de rebus sibi per prælatū concessis, ea præcisse quæ sibi necessaria fuerint accipiant, et suæ necessitati prouideāt. De cætero autē nihil extraneis personis dare, vel donare, vendere seu permutare, vel quouis modo alienare, nec etiā Elemosynas facere absque eadē met expressa suorū superiorū licentiā possint: neque superiores prælati cū eis dispēsare poterūt, vt de rebus quas habuerint ad libitū disponāt propria auctoritate sine scientia et voluntate prælati.

§.17. ¶ Ad hāc autē volūtariā paupertatē integre seruādā præcipimus omnibus et singulis fratribus in virtute Sps. S. & salutaris obediētiae, vt quid

quid in numis, auro, vel argēto habuerint, quod illis datū fuerit, manifestēt prælato, infra viginti quattuor horarū spatiū à receptione eorū, vel à reuersione fratris incōuētū et inarca depositi ponatur: alia vero omnia quæ secūdū paupertatis statū per superiores permessa sūt, singulis annis prælatis exponāt, vel in scriptis tanquā se expoliātes præferēt, semel vel pluries si fuerint requisiti (videlicet) Minister Prouincialis diffinitoribus capituli prouincialis, Minister cōuētualis Mro Prouinciali, vel visitatori, cæteri vero fratres Mro Cōuētualis.

¶ Si quis sine sui prælati licētia aliquid acceperit vel donauerit (si res parua fuerit, vt comestibilia vel alia huiusmodi) pro prima vice portione priuetur; pro secunda vero panē & aquā ad terrā comedat, deinceps ad arbitriū Ministri grauius puniatur. Si vero res magni mōmēti fuerit, vt pecunia vel aliquid valoris vni cū argenti, qui illam accepit vel

§.17.

dedit à nullo præterquã à Ministro absolui possit, antequã illam ei manifestet & sic delinquens poenæ grauioris culpæ subiaceat, et ultra hæc, qui illã accepit, si ipsam pecuniã vel dictã rem habuerit ea priuetur, qui vero illam dedit (si fieri possit) data recuperare compellatur, si vero maioris vel minoris valoris fuerit res cælata minuatur, vel augeatur poena respectiue ad arbitrium prælati.

§. 18. ¶ Ex cõmunicationis sententiam
Joan. semel in anno (videlicet in cæna do-
Gen. mini) Minister in capitulo solenni-
incap. ter contra proprietarios pronũcia-
gen. an. bit; & ibidem omnium fratrum cla-
 1429. ues Minister accipiat: & omniũ pri-
 uatas (nulla excepta) cellas & arcas
 uisitet & si quid paupertatis statui
 non conueniens inuenerit, auferat,
 & communi utilitati applicetur.
 Quotiescumque Minister clauem
 fratris petierit, ei tradatur. Pro-
 prium autem iuxta sacros canones
 appellatur.

appellamus, quidquid prælato cælatur, vel contra eius voluntatem tenetur. Et dicitur proprium quasi à communitate separatum.

¶ Prohibemus insuper in virtute Sanctæ obediẽtiæ & sub præcepto formali, ne aliquis minister, siue frater nostri Ordinis depositum extra domum habeat, vel temere thesaurizare præsumat: nec intra domum, vel extra, aliquid prælato celet. Si quis hoc grauißimum crimen committere nõ erubuerit, siue Minister siue frater fuerit, conuictus vel confessus ab omni officio per octo annos continuos præscisse priuetur; & infirmariæ vel hospitio bona applicetur sine dispensatione. Neque quis piã cuiuscumque gradus vel dignitatis sit, quouismodo extra Ordinẽ, vestes vel libros, siue aliquid aliud sibi ad vsum concessum ponere audeat, nisi de expressa licentia sui ministri si fuerit subditus; si vero minister

I fue-

§. 19.

I. G. in.

c. g. an.

1429.

130 *Expositio regule fratrum*

fuerit, de consensu patrum consilij, & hoc semper fiat relicto in deposito expresso inventario: secus facientes sine aliqua dispensatione, rebus ipsis efficaciter priuentur; & de ipsis sicut de bonis fratrum decedentium omnino disponatur.

§. 20. ¶ Et si habere aliquid proprium in particulari perfectioni repugnet religionis (vt supra dictum est) ha-

12. q. 1. bere autem aliquid in communi non minuit huiusmodi perfectionem, nec derogat paupertati quia vt dicit Prosper, & propria debent propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis possunt bona communia possideri, hoc etiam à Christo domino & à discipulis eius, & primis

D. Th. Christianis (qui religiose vive-
2. 2. q. ban) accepimus, quorum nullus eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia & diuidebant singulis

prout

Ordinis Sanctis. Trinit. 131

prout cuique opus erat; vnde prælati debent proprietatem à fratribus auferre, & de communitate eis prouidere iuxta singulorum necessitatem: vt quamuis sit in quo probetur votum paupertatis, & sui ipsius abnegatio, non desit tamen quo sustentetur natura, & ad diuinum obsequium absque aliquo incommodo conseruetur.

¶ Cum autem (iuxta Sacri Concilij Tridentini decretum) administratio bonorum monasteriorum, seu conuentuum, ad solos officiales eorundem, ad nutum superiorum à mobiles pertineat: statuimus in quolibet Conuentu nostri Ordinis, (vt in consuetudine est) pro communitatis deposito arcam tribus clauibus clausam constitui: quarum vnā Minister, alias vero duo fratres ex religiosioribus, à maiori parte capituli vocaliter electi, & à Ministro confirmati

I a quo-

12. q. 1. rñ. cap. 4.

§. 21.

Const. de virtutibus, & fabrica & Hispania

132 *Expositio regulæ fratrum*

quorum officium per quattuor du-
rabit menses, & depositarij appelle-
tur, quidquid vndecumquæ licite
venerit in numos redactum, in tali
deposito reservabitur: & claves hor-
rei, vbi triticum & hordeum recõ-
di solet, & similiter tituli possessio-
num, et hæreditatum conventuum
cum omnibus scripturis. Minister
ex causa, & de consilio discretorum
depositarios ante quattuor menses
amouere poterit, atque eosdem (si
expedierit) iterum immediate elige-
re, qui quidem depositarij Ministro
& depositarijs nouiter incipienti-
bus, quarto quoquæ mense ratione
reddant. Sit etiam in quocumque
conuentu religiosus cellarius, cui
Minister et depositarij pecuniam
dent ad distribuendum: quique Sab-
batho cuiuscumque Hebdomadæ,
omnis pecuniæ acceptæ et distri-
butæ, ministro et depositarijs ratio-
nem det. Minister vero et deposi-
tarij

Ordinis Sanctiss. Trinit. 133

tarij in fine cuiuslibet mensis, om-
niū nummorum, qui in illo fuerint
recepti & distributi numerum fa-
ciant, & deductâ sūma, mensera sub
proprijs subscriptionibus conclu-
dant: & qualibet visitatione de red-
ditibus domus, & de receptis & da-
tis ratione reddat. Depositarij etiã
debent esse præsentis, quando ali-
quid inconuentu venditur, & præ-
tium recipere & in depositum de-
ferre, et quamcumque pecuniã ab
exactoribus exactam fideliter cum
Ministro sub dictis tribus clauibus
custodire. Duos etiam habebunt li-
bros, in quorum vno scribent in-
troitum, in alio exitum, siue acce-
ptum, & datum: qui libri nisi quan-
do in eis scribere, vel per eos in eo-
dem deposito, & non aliàs compu-
ta facere necesse fuerit, semper in
arca depositi custodiantur, nec ali-
cui particulari vumquam tradantur.

Minister qui contra horum omniū

I 3 ali-

134 *Expositio regule fratrum*
aliquid negligens fuerit, tanquam
infidelitatis suspectus, à patre pro-
uinciali grauitè puniatur.

¶ *Numerus secundus, De diuisione
bonorum, ac Redemptione
captiuorum.*

Tex.
Reg. **O**MNES res vndecumque licite ven-
niant, in tres partes diuidantur equales:
¶ in quantum due partes sufficient, exe-
quantur ex illis opera misericordie cum sui-
ipforum, & eis necessario famulantiū mo-
derata sustentatione: tertia vero pars reser-
uetur ad Redemptionem captiuorum qui sunt
incarcerati pro fide Christi à paganis, vel
dato pretio rationabili pro Redemptione ipso-
rum, vel pro Redemptione paganorum capti-
uorum, vt postea rationabili commutatione,
& bona fide redimatur Christianus pro paga-
no secundum merita, & statum personarum.
Cum vero pecunia data fuerit, vel aliquid
aliud, licet specialiter, & proprie detur ad ali-
quid, semper de consensu illius qui dederit, ter-
tia pars separatur, et aliter non recipiatur: ex-
ceptis

Ordinis Sancti. Trinit. 135

ceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, edificijs
nutritarijs, & huiusmodi: fructus enim inde
excentes (deductis expensis, scilicet medietate
re remota pro expensis) in tres partes diuidantur
equales. Sed que paucas vel nullas reci-
piunt expensas, omnes diuidantur. Cum vero
panni, vel calceamenta, vel minuta huiusmodi
quibus necesse sit vti, quæ vendi, vel cōserua-
ri non expedit data fuerint, vel a se ipsis habue-
rint, non diuidantur nisi Ministro domus, &
fratribus visum fuerit expedire: de quibus sin-
gulis dominicis diebus (si fieri potest) in capitulo
deliberetur. Si tamē prædicta vt panni, terre
nutrituræ, seu minuta venderentur pretiū inde
proueniens in tres partes vt supra diuidatur.

¶ Cū sacer hic noster Ordo, ex pri-
mæua sui reuelata institutione ad
captiuorū redēptionē singulariter
fit institutus, merito Summus Ponti-
fex, in huius regulæ dispositione, &
ordinatione, post ea tria, quæ in om-
ni religione cōmunia sunt, essentiālia
vota, statim ea quæ huic Ordini pro-
pria, ad Redemptionem captiuorū
I 4 spectant,

S. L.

spectant, sanciuit, ac statuit. Et ne si-
 milis hæc tam sancta institutio, ac-
 pium nimis & laudabile opus suo
 frustaretur effectu, seu aliquando
 deficeret; quinimo in perpetuum
 inuiolabile permaneret, in diesque
 aueretur, de tertia parte omnium
 bonorum Ordinis Redemptioni ca-
 ptiuorum voluit prouideri. In hunc
 tamen modum, quòd omnes res vn-
 decumq; licitè veniant, quocumq;
 modo acquirantur, siue vt cumque
 fratribus dètur, vt pecuniæ vel ali-
 quid aliud, licet specialiter & pro-
 prie dentur ad aliquid, in tres par-
 tes diuidantur æquales: ex quarum
 duabus, in quantum sufficere pos-
 sint, opera misericordiæ, cū sui ipso-
 rum, & eis necessario famulantium
 moderata sustentatione, exequan-
 tur: ex tertia vero captiui Christia-
 ni qui sunt incarcerati pro fide Chri-
 sti à paganis redimantur. Vnde se-
 cundum hanc primitiuam regulam
 omnes

omnes res in tres partes tenebamus
 diuidere, & tertiam necessario ca-
 ptiuis reseruare, de alijs vero dua-
 bus (quantum possibile foret) post
 fratrum congruam sustentationem
 pauperibus subuenire. Sed tamen
 postea propter rerum inopiam, &
 monasteriorum necessitatem, Cle-
 mens quartus, & Urbanus quartus,
 hanc regulam modificauerunt, & si-
 militer Adrianus sextus, & Leo de-
 cimus in hoc cum fratribus dispen-
 sauerunt, et concesserunt, quòd si
 pro fratrum congrua sustentatione
 necessitas exegisset, huiusmodi di-
 uisio ex bonis indifferenter (id est
 non ad certum vsum) relictis, arbi-
 trio Ministri Prouincialis pro tem-
 pore existentis relinqueretur; dum-
 modo illa non ad alios vsus, quam
 redemptionem, & pauperum sub-
 uentionem, ac hospitalium repara-
 tionem, seu constructionē conuer-
 terentur: & sic ultra tertiam partem

138 *Expositio regula fratrum*

huiusmodi absque alicuius conscientie scrupulo percipere ipsi fratres ac leuare valerent, vt habetur in regula modificata.

§. 2.

¶ Ne tamen licetia deteriores efficiamur, & priuilegijs priuemur, si priuilegijs abutimur, circa huiusmodi bonorum diuisionem conscientias patrum prouincialium, & diffinitorum oneramus, illisq; in virtute Spiritus Sancti, & sancte obediencie precipimus, quod in omnibus domibus suarum prouinciarum tertiam partem omnium honorum, vel saltem aliquam minorem (iuxta vnius cuiusque domus posse) captiuorum redemptioni faciant referuari (vt determinatum est in capitulo generali apud Ceruam frigidum

Sub 10. Maior. celebrato anno Dñi. 1429. sub Ioanne de Trevis Ministro generali Doctore Theologo & confirmatum in alijs capitulis generalibus ibidem celebratis sub Bernardo maiori Ministro, anno. 1573. die. 17. mensis Aprilis. & anno.

Ordinis Sanctis. Trinit. 139

& anno. 1579. die. 17. mensis Maij) & 1573. et aliam etiam minimam partem de sin 1579. gularum domorum comunibus bonis, pro pauperibus subueniendis separent, quarum quantitas in capitulis prouincialibus semper taxetur, & diffiniatur. Similiterq; maximam curam adhibeant, in redimendis Christianis captiuis inter infideles existentibus, vt (si fieri possit) in quolibet triennio vna generalis redemptio captiuorum fiat, in singulis prouincijs, vel binis, iuxta consuetudinem hactenus obseruatam. Quod si propter Elemosynarum paucitatem vel bonorum inopiam, ita oportune fieri non possit, ultra sexennium non differatur, sub poena priuationis vocis actiue & passiuæ per tres annos postquam fuerint sua officia. De quibus omnibus vt fundamentis nostre regularis disciplinæ, & obseruantie (ne totum ædificium corruat) sem-

semper in capitulo deliberetur.

§.3. ¶ Insuper patres prouinciales et diffinitores in Domino hortamur, vt tales personas eligant, & nominent ad administrationem bonorum captiuorum, præcipue qui ad infidelium partes sunt transituri, vt ædificent omnes, etiam infideles scientia, moribus, vita, exemplo, & fidelitate: et vt diuersitas, et ambiguitas nominũ auferatur, volumus vt qui ad opus tam laudabile ierit, administrator generalis bonorum captiuorum nominetur.

§.4. ¶ Præterea vt captiuorum bona fideliter administrentur, præcipimus omnibus Ministris etiam Prouincialibus Præfidentibus, & depositarijs sub sanctæ obedientiæ præcepto formali, & sub poena excommunicationis latæ sententiæ vna pro trina canonica monitione præmissa vt quicumq; nummi, seu alia bona debito tempore in numos redacta,

data, vt cumq; pro redemptione captiuorum habita, siue in Elemosynas elargita priuilegiorum & regulatione, & quæ Baccines, mostrencos, de semparentados, testamentos mandas pias, Hispano sermone dicuntur, & alia similia legata, in peculiari arca (præter commune depositum conuentus) tribus clauibus clausa (quarum vnam Minister, alias vero duas duo fratres, videlicet, pater nouitiorum, & alius antiquior professione habeant) fideliter, et intra vnum diem (si fuerint in loco vbi conuentus fuerit, sin autem, intra eundem postquam ad illum accesserint) reponantur, et custodiantur: ea vero quæ de monasteriorum bonis, pro captiuis fuerint deducenda, statim quòd ad monasterium res venerint, à communibus bonis diuidantur et separentur, et similiter in arca captiuorum reponantur, et custodiantur, vsq; dum ei cui redemptionis

Bernard. ptionis munus fuerit iniunctum tri-
Gen. in dantur. Et sub eodem præcepto, &
cap. ce- censura præcipimus eisdem, vt huius
lebrato modi bona nec antea, nec postea
Grana quam in arca ponantur, etiam sub
re. ann. ratione mutui, vel quocumq; alio
 1578. prætextu in aliam rem accipiantur,
 vel expendantur, nisi in redemptio-
 nem captiuorum. Quod vt vtilius &
 fidelius fiat, in quolibet deposito ra-
 tionalis liber deputetur, in quo so-
 lum ea omnia, quæ ipsius met Redē-
 ptionis erunt scribantur, & ratio tā-
 dati, quam accepti habeatur.

§.5. ¶ Depositarij ad minus bis in anno
In cap. de his quæ ad redemptionem capti-
gen. an. uorum expectant, rationē reddant:
 1429. (videlicet) in festo omnium sancto-
sub. 10. rum, & Resurrectionis Domini, &
genera- codicem rubricatum Patri Prouin-
 7. li. ciali in qualibet visitatione osten-
 dant.

§.6. ¶ Quicumq; Minister, etiam si fue-
 rit prouincialis, qui horum aliquid
 om-

omiserit, aut contrarium fecerit,
 irremissibiliter (tanquam suæ san-
 ctæ institutionis dilapidator) ab
 officio Administrationis depona-
 tur, & pænis grauioris culpæ subia-
 ceat.

¶ Numerus tertius, de titulo Mo-
 nasteriorum, & edificijs eorum, &
 clausura forium.

¶ Omnes ecclesie istius Ordinis insculen-
 tur nomine Sanctæ Trinitatis, & sint pla-
 ni operis. Reg.

¶ Vt in omnibus, & per omnia §.1.
 ineffabile Sanctæ Trinitatis myste-
 riū splēderet in nobis (ad quod pro-
 fitendum, & propagandum specia-
 liter hic noster Ordo à solo Deo
 est fabricatus) non solū ipsum Ordinem,
 sed etiam omnia Ordinis mo-
 nasteria titulo, & nomine sanctæ
 & indiuiduæ Trinitatis Summus
 Pontifex

144 *Expositio regulæ fratrum*

Pontifex voluit insigniter decorari: eo enim nomine nostras ecclesias præ alijs (quæ sub sanctorum sunt fundam. vocabulis) conuenit venerari, quo ipsa sancta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, et ad gratiam exauditionis admittit. Intitulentur ergo omnes ecclesiæ istius Ordinis, quas fratres sibi ædificauerint (vt habetur in regula modificata) nomine Sanctæ Trinitatis. Si quis tamen pro deuotione Ordinis sub alicuius sancti vocabulo, in illiusq; honorem nobis monasterium erexerit, aut ædificauerit, ad eius arbitrium poterit illud monasterium iuxta regulæ modificationem intitulari.

¶ *Et sint plani operis.*

§. 2. ¶ Mediocres domus & humiles fratris nostri Ordinis habeant: nec fiant aut fieri permittantur curiositates in sculpturis, pauimentis, et alijs similibus paupertatem nostram de-

for-

Ordinis Sanctis. Trinitis. 145

formantibus, sed potius sint plani operis (vt in regula præcipitur) prius delineato exemplari, quod nõ liceat transgredi pro voluntate præfidentium, sed conformiter ad illud ædificentur: teneatur que Minister subsequens, opus incæptum prosequi, neque vllam constructionem aut ædificationem nouam (cuius sumptus quindecim aut viginti ducatos aureos excedat (nisi de consilio discretorum, & licentia patris prouincialis inscriptis obtenta) incipere posse mandamus. Oppositum facere præsumens ab officio absoluetur, vt nec ibi nec alibi per triennium præsit.

¶ Et quia non solum volumus in §. 3. ædificio domorum materiali ordinem constituere, sed etiam in clausura & obseruantia regulari, statui- mus quod minister cuiusque conuentus de consilio discretorum ianitorem instituat religiosum matu-
K rum,

rum, modestum, & boni exempli, qui cum tintinnabulū pulsari audit festinet ad ianuam, talemque cum omnibus conuersandi modum teneat, vt discretionē, modestia, & spiritualibus verbis singulos ædificatos, & lætos a se dimittere studeat: & cum res patietur, per fenestrellam venientes expediat, porta non aperta.

§.4. ¶ Litteras omnes, & schedulas quę domesticis mittuntur, ministro tradat, ij vero ad quos dabūtur, eas esse acceptas ne intelligant: caueat etiam ne alicuius fratris litteras, aut quid simile externis det iniussu superioris. Nihil cuiquam nunciabit intempestiue, vt cum in mensa sedet, aut choro interest, nisi aut res esset necessaria, aut personę mittentis conditio aliud exigeret.

§.5. ¶ Cum aliqui fratres peregre veniūt, ianuam ingressis dicat, vt illic
ex-

expectent, dum Minister de eorum aduentu sit certior. Si quis ab externis quæratur, qui domi non sit, modeste intelligat, quis sit ille qui petit, & quid velit, vt id redeunti, si opus sit cum facultate superioris significare possit. Cum externi aliquē è nostris fratribus alloqui volēt superiorē adibit, qui si ad id facultatē dederit, diligēter eū qui petitur quæreret, & ad quærentem remitteret. Si quādo prælati, aut magnates domū intrarint, curet, si cōmode possit, vt sacerdos aliquis eos cōmitetur, dum superiorem ipse accersit.

¶ Mulieres, si quādo ad ostiū accedūt, paucis verbis dimittat, aut si pluribus opus esse videretur, in ecclesiā eas mittat ad sacristā, vbi responderi ipsis poterit. Obserata semper ianua sit, clauisq; in porta ne relinquatur, & vt iuxta ianuā omnes submissa voce loquātur, curet, loca etiā portę vicinā mūda seruet nihilque

147 *Expositio regulae fratrum*
custodiendum à quoquam ex terno
recipiat, absque ministri licentia.

§.7. ¶ Post solis occasum statim Ianuæ
claudantur, & ministro claues exhi-
beantur, & nulli omnino aperian-
tur fores, nisi necessitate magna vr-
gente: & similiter fiet dum post præ-
dium fit meridiana silentij pulsatio
nam fores claudentur, & tradentur
claues Ministro, donec ad nonam
pulsetur; & nulli respondeatur, nisi
necessitas magna postulauerit. Ec-
clesiæ fores statim post Vesperas
claudantur tempore quadragesi-
mæ excepto aut profesto aliquo aut
speciali voto, vel deuotione popu-
li tunc post completorium, vel ad
Aue Mariæ pulsationem & non tar-
dius claudantur, clausæ statuto tem-
pore nullomodo aperiantur, donec
sequenti mane dies illucescat. Clau-
stri vero Ianuæ semper clausæ erūt.
neque reserabuntur, nisi dum festū
solenne ab Ecclesia celebratur, aut
fieri

Ordinis Sanctis. Trinit. 148

fieri debet processio: quibus finitis
statim claudantur.

¶ Mulieres claustrum vel orato-
rium seu alias officinas nostras nun-
quam ingredientur, nisi dum solem-
nibus diebus processio fit, & tunc
solum primum claustrū ingredi po-
terunt. Minister, vel Vicarius, vel
quiuis alius frater qui fæminas cu-
iusvis cōditionis & status intra clau-
stramonasterij introduxerit, pœnas
in proprio motu Pij Quinti, & Gre-
gorij decimi tertij contentas se no-
uerit incurrisse; & pater prouincia-
lis ultra eas addat alias pro suo ar-
bitrio.

§.8.

¶ *Numerus quartus. De numero*
fratrum procuratore &
Sacrista.

FRATRES possunt esse in vna coha-
bitatione, tres clerici, & tres laici, & præ
K 3 *terca 4.*

Tex.

Reg. n.

150: *Expositio regule fratrum*

terea vnus qui procurator sit, qui non procurator, sed Minister (vt dictum est) nominetur, vt frater. N. Minister domus Sancte Trinitatis, & Captiuorum: cui fratres repromittere ac impendere obedientiam teneantur.

§.1. ¶ Hic non præcipitur neque determinatur numerus fratrum domorū singularum, quia vt ex huius regule modificatione, & declaratione constat, tot fratres possunt esse in vna cohabitatione, tam clerici quā laici, quot Ministro, & fratribus visum fuerit expedire: sed solum permittitur, & conceditur, septem fratres posse esse in vna cohabitatione, & septem fratres cum Ministro, in singulis domibus sufficere ad communitatem, qua propter districte prohibemus patri prouinciali & diffinitoribus capitulorum prouincialium, ne villo pacto locum aliquem pro noua domo ædificanda,

Ordinis Sanctis. Trinit. 151

da, vel transferenda, recipiant, nisi eis prius constiterit, locum idoneum esse conuentui ædificando, per fratres idoneos ad id inquirendum destinatos, & talem qui ad minus possit alere septem fratres cum Ministro (vt in regula determinatur) nec de cætero (iuxta Sacri Concilij Tridentini decretum) similia loca erigantur, sine Episcopi in cuius diocesi erigenda sunt, licentia prius obtenta. Si secus vero actum fuerit talis receptio sit irrita & inanis. Minister vero qui primo aliquam domum (prædicto ordine seruato) acceperit, si bonum & cōueniens patri prouinciali & diffinitoribus visum fuerit, in Ministrum illius iterum atque iterum vsque ad quattuor triennia eligatur, vt sic domus & ædificia augeantur.

¶ Ultra prædictum vero numerum fratrum in regula determinatum, in

K 4 omni

Ses. 25.
cap. 3.

§. 2.
Concil.
Tri ses.
25. c. 3.

151 *Expositio regule fratrum*

omnibus nostri Ordinis Monasterijs, & domibus tam virorum quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constitutatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetis Elemosynis commode possit sustentari: quem in capitulo prouinciali, de consilio *Ministri* & *procuratoris* vnius cuiusque domus pater Prouincialis cum diffinitoribus decernere teneatur: & ultra illum non poterit Prouincialis domum illam onerare, vel exonerare, quo vsque in alio capitulo, aliud visum fuerit expedire.

§.3.
In c.g.
anno.
1429.
et anno
1573.
1579.

¶ Duo fratres intra tertium gradum affinitatis, aut consanguinitatis in eademmet domo conuentuales habitare minime permittantur: neque vt hospites nisi vt in plurimū per vnum mensem in anno. Neque per.

Ordinis Sanctis. Trinit. 152

permittatur alicui Ministro vel fratri habere secum in domo consanguineum aliquem sæcularem quavis causa, vel prætextu, nisi per tres dies tantum sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ per sex mensium spatium.

¶ *Quorum vnus procurator sic qui non procurator.*

¶ Secundum regulam propriam §.4.
prælati munus est omnium procuratorem & ministrū esse, & vniuersim ea omnia quæ conuentus fuerint, siue spiritalia, siue temporalia procurare, & administrare. Ne tamen pluribus intentus singulis minus bene prouideat. Volumus vt in qualibet nostri Ordinis domo, sit vnus procurator ministrum iuuans, qui rerum temporalium curam habeat, & cum prælati consilio & facultate conuentui de necessarijs prouideat: huius muneris erit omnes redditus & prouentus monaste-

154 *Expositio regule fratrum*

rij exigere, & colligere, exactosque
siue collectos depositarijs tradere,
vt in libro scribantur: de illisque in
fine cuiuslibet mensis rationem red-
dere. Tenetur etiã procurator præ-
dia & possessiones conuentus sæpe
visitare, & super illorum conserva-
tione & incremento vigilare: neq;
permittat eas per incuriam labi, vel
deficere. Omnia autem quæ speciẽ
habent secularis negotij, incolenda
videlicet agris, vendendis in for-
ro fructibus, & similibus, intelligat
prohibita esse nostris. Excipiet in
codice lites, si quæ forte erunt, &
quæ grauioris momenti circa eas
sint continenter, & summatim anno-
rabit.

§. 5. ¶ In tribunalibus iudicum non cõ-
pareat, nisi quando aliqua necessi-
tas plurimum vrgere superiori vide-
retur, sed per externos procurato-
res nostra negotia in publicis iudi-
cijs peragantur. Illud vero præcipue
ante

Ordinis Sanctis. Trinit. 155

ante oculos habeat, vt antequam li-
tem vllam intendat, res cõtrouersa
(si fieri possit) concordia aut cõpro-
missione, consulto superiori, com-
ponatur: si quando tamen ad litẽ de-
scendendum erit, memor sit, vt ma-
gnam pacem interius exteriusque
custodiat, & semper ad iustam con-
cordiam ipsum paratum esse, cõtra-
riæ parti innotescat. Curet diligen-
ter, vt recte & solide fiant, quæ ex-
pedienda erunt, quod si periti iuris
consulti sint, maxime idoneos eli-
gat. Idemq; de cæteris officialibus
dictum intelligatur. Conferat cum
Ministro eique reddat rationem eo-
rum quæ facit, & quo in statu sint
negotia: quod si rerũ difficultas ex-
tra ordinarium fauorem, aut diligen-
tiam exigere videatur, eidem signi-
ficet, vt auxilia, quæ opportuna vi-
sa erunt, petantur.

¶ Diligenti cura a seruabile in archiuo
ad hoc designato instrumẽta origi-
nalia,

§. 6.

155 *Expositio regula fratrum*
nalia, & titulos, quibus constat de
iure eorum, quæ à conuentu possi-
dentur, vt facile inueniri possint,
seorsumque habebit hæc eadem in-
strumenta, & titulos manu notarij
publici subscriptos, vt fidem faciât
si aliquando in iudicio præsentari
necesse sit. Præter hæc procurator
habebit librum, in quo summa quæ-
dam horum instrumentorum, & ti-
tolorum cõtineatur: scripturasque
quibus ad procuratorium munus in-
digebit diligenter asseruabit, cum-
que aliquas ex archiuo accipiet, ea-
rum memoriam ibi relinquet, nota-
to die, mense & anno, quas suo tẽpo-
re restituet. In libellũ referet quæ-
cumque à superiore ipsi faciẽda in-
iungentur, ne memoria excidant, &
effectu frustrentur.

§.7. ¶ Ad eius etiam officium spectat
præ omnibus alijs fratribus curam
habere famulorum conuentus, in
primis quòd non recipiantur in do-
mo,

Ordinis Sanctis. Trinit. 156
mo, nisi tales quorum sit spes proba-
bilis, quòd honeste se habere de-
beant inter fratres: postquam autẽ
recepti fuerint eos sollicitare debet
quod diebus festiuis missam inte-
gram audiant, & in aliquibus ma-
gnis festiuitatibus confiteantur, &
communicent. Cum vero oportue-
rit aliquem ex famulis è domo ex-
pelli, eum mature, & sine scandalo
recedere præcipiat. Quod si in his
omnibus negligens fuerit simul &
ipse ab officio deponatur, & alius
diligentior loco eius subrogetur.

¶ Vt autem excludatur intolerabile detrimentum annuorum reddi-
tuum à domibus nostri Ordinis, ad *B. ger.*
suam & fratrum omnium sustenta-
tionem præcipimus districte sub *const.*
23.
grauissimis pœnis subeundis, ne au-
deat in posterum procurator alicu-
ius nostri Ordinis domus, cõtactus
facere publice, vel secrete cum sæ-
cularibus de bonis & redditibus,
vel

158 *Expositio regulæ fratrum*
vel immobiliter dare ad vitam, vel
ad vitas quomodocumque: sed hæc
omnia fiant per Ministrum, & fra-
tres omnes professos illius domus,
cum quibus ipse procurator vo-
cem simplicem habeat vt vnus ex
illis. Quodcumque factum in con-
trarium, irritum & nullius ponde-
ris decernimus.

§. 9. ¶ Præterea vt integra & munda
conseruentur (quantum fieri pote-
rit) vestimenta ecclesiastica, orna-
menta &c. ad ornatū ecclesiarum
nostrarum regularium & altarium
pertinentia statuimus quòd in qua-
libet nostri Ordinis domo, sit sacri-
sta maturus & boni exempli: cuius
officium erit omnia quæ in thesau-
ro sunt custodire, & reliquias san-
ctorum in parua arca cum magna
veneratione seruare: ornamento-
rum & mapparum altaris (quæ in
mundissimo loco sint) curam ma-
ximam adhibere. Omnia autem
quæ

B. G.
const.
32.

Ordinis Sanctis. Trinit. 159

quæ sub eius custodia seruantur,
Minister bene notata habeat, & sa-
crista similiter: & cum opus fuerit
omnium illorum reddat rationem.
De his vero quæ ad ecclesiam ve-
nerint, vel ad sportata fuerint: Ipsi
ecclesiæ in suis necessarijs (vt li-
bris, cera, oleo, & alijs eiusdem or-
namentis) prouideatur, vt in regu-
la modificata præcipitur, numero
secundo quod autem supererit in
utilitatem communitatis expendat-
ur.

¶ *Numerus quintus, De officio
Ministri Conuentualis et
patrum à con-
silio.*

¶ *Omibus fratribus suis (sicut sibi met)*
Minister fideliter administret. Hunc re-
gulæ textum constitutiones nostræ
generales explicant ex Concilio
Tu-

Tex.
§. 1.
In capi-
tulo ge-
nerali

159 *Expositio regulae fratrum*

anno Turonensi: cuius hæc sunt verba, si
 1573. *et* mili modo & præpositi monasterio
 1579. rum (in quibus vita regularis anti-
celebra quitus fuit, vel videtur nunc esse)
ro sub. sollicitè suis prouideant; vt habeant
B. gene- claustra & dormitoria; in quibus si-
vali Mi mul dormiant, reficiantur que; vi-
nistro. ctum & vestimenta (iuxta quod po-
 terit præpositus) habeant: quo faci-
 lius ad Dei seruitium possint con-
 stringi. Concilium quoque Cartha-
 ginense omnino eis interdicit, ne
 ex redditibus Ecclesiæ consanguini-
 eos familiares ve suos augere stu-
 deât, cum & Apostolorum canones
 prohibeant, ne res ecclesiasticas
 (quæ Dei sunt) consanguineis do-
 nent: & nunc demum Tridentina
 Synodus his insistens concilijs, cū
 optandum sit (inquit) vt qui episco-
 pale ministeriū suscipiunt, quæ suæ
 sunt partes agnoscant, & se non ad
 propria commoda, non ad diuitias,
 aut luxum; sed ad labores & sollici-
 tudines

Ordinis Sanctis. Trinit. 161

tudines pro Dei gloria vocatos esse
 intelligant. Quæ vero de Episcopis
 dicta sunt, eadem non est dubium
 intelligi etiam debere de Ministris
 nostri Ordinis qui in suo ordine cu-
 ram gerunt animarum pro graduū
 suorum & officiorum cōditionibus
 (vt plura explicant concilia.)

¶ Ad Ministri igitur officium per- §. 2.
 tinet omnibus fratribus suis spiri-
 tualia & temporalia fideliter mini-
 strare, varias eorum condiciones,
 & complexiones dignoscere, & nō
 eodem modo tractare omnes, sed
 potius singulis (in quantum ratio &
 religio permittit) absque peccato
 se coaptare omnia omnibus factum.
 Debet aliorum infirmitates & defe-
 ctus tam morum quam corporum
 supportare, aliorum proteruiam &
 contumaciam humiliare, pusillani-
 mes roborare, desolatos & tristes
 consolari, naturaliter impatientes
 ad horam sustinere, patientes non
 irritare,

irritare, honestiores & verecundiores verbis corripere, vitiosos taliter poenis corrigere & emendare, ut emendati quamuis secundum inferiorem hominem quod agitur, sibi displiceat, agnoscant nihilominus quod recte in domino & in caritate cum illis agitur. Debet etiam contagiosos e fratrum societate eiicere, feruentiores plus debito refrenare, periculosos sollicite custodire, ipsosque (si contingat,) interdum exire caute associare, iuuenes de facili non exponere, maturos & idoneos ad fructum faciendum, otio de facili torpere, non permittere, sicque circa subditos se debet habere, ut (modo priuate, modo publice modo dure, modo blande, modo verbis, modo operibus, modo poenis & disciplinis, modo licitis recreationibus & honestis, modo perse, modo per alios discretos agendo, modo licentias concedendo, modo negando)

singu-

singulorum & Ordinis profectibus operam det efficacem. Et tandem (ut inquit Gregorius) talis debet esse dispensatio regiminis, ut is qui praest, ea se circa subditos mensura moderetur, quatenus arridens timeri debeat, & iratus amari, ut cum nec nimia laetitia vile reddat, aut immoderata seueritas odiosum. Lenitate seueritati misceat, quoddam ex utroque faciendo temperamentum: ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur, sed sicut in illa tabernaculi arca, cum tabulis virga simul & manna erat, sic in boni rectoris pectore, cum scripturae scientia sit virga discretionis, sit manna dulcedinis.

¶ In procurandis temporalibus caueat Minister, quantum fieri possit ne grauentur homines notabiliter, & ne fiant quaestus inhonesti, sed bona acquisita cum timore dei, &

164 *Expositio Regulae fratrum*

parcitate congrua expēdantur. De illisque omnibus fratribus sui conuentus sicut sibimet victum, vestitum & alia necessaria (siue in infirmitate, siue sanitate) administret bona pertinentia ad cōuentum seu Elemosynas quantum fieri potest nō recipiat. Nullo vero modo apud se retineat, sed si quandoque ipsum aliquid ab aliqua persona recipere contingat (quod tamen inuitus per se facere debet) illud quantum & quale sit, statim, vel in deposito reponat, vel vni ex depositarijs tradat; & in libro cōuentus lucide scribatur nomen & cognomen personæ dantis, & causa ob quam dedit: & sicut pecunias recipere non potest, nec eas etiam expendere ipse debet.

§.4. ¶ Ad officium etiam Ministri pertinet officiales idoneos cum consilio fratrum discretorum, vel constituere, vel absoluerē; ipsos vero constitutos

Ordinis Sanctis. Trinit. 165

stitutos in suis officijs diligenter informare, & potestatem quam eos habere voluerit taxare: & si expediens viderit, in scriptis eisdem tradere. Non licet autem eum aliqua officia ad manum suam tenere, nec in ipsis se multum intromittere, sed potius officialium negligentias corrigere, & in eis quæ facienda fuerint, ipsos frequenter sollicitare & instruere. Sic tamen in his omnibus se gerat, vt omnibus officijs superintēdat, & omnia quæ per alios officiales exerceri solent, per alios adimpleat, & nullibi defectū fieri permittat.

¶ Laborare quoq; debet Minister ad amicos & deuotos Ordinis conseruandos, & multiplicandos, & maxime ad habendam gratiam prælatorum magnatum & primariæ authoritatis hominum. Illos interdum perse, vel per fratres eis magis notos & gratos visitādo, & honorifice

quando ad nos veniunt recipiendo nihil tamen causa humilitatis & reuerentiae seu deuotionis faciat, quod prauiudicet ordinis libertati. sic itidem cum aliqui male erga nos affecti esse intelligerentur, laborare debet *Minister* vt ad nostram amicitiam redeant, vel ad minus aduersarii Ordinis non sint, vt per beneuolentiam omnium in rebus omnibus obsequium dei crescat, & deuotio religionis non minuatur: gratia etiam cleri & populi non est parui faciendae, sed caritas & pax cum omnibus est procuranda. Fratribus & conuentibus vicinis debet se favorabilem exhibere, si suo auxilio & favore aliquo indigerint, & eis pie in eorum necessitatibus, si potuerit, debet subuenire, aduenientes fratres caritatiue tractare, multo vero magis eos qui de alijs prouincijs venerint, quos alacrius excipere debet.

§. 6.

¶ Vt autem haec omnia fideliter et pru-

& prudenter exequatur, sicut fidelis feruus & prudens super domini familiam constitutus ad eius officium maxime pertinet plene, & clare scire regulam et constitutiones, et ea quae a maiori *Ministro* vel prouinciali tradita et praecipita sunt, ea quae omnia opere adimplere, et adimpleri facere. Similiter debet scire plene et clare, vel si nescierit, diligenter ab alijs certificari, cuiusmodi potestatem habeat ordo in confessionibus audiendis, in praedicationibus, in dispensationibus, et in absolutionibus circa fratres et alios multos: ipsos vero qui noui sunt sacerdotes, vel etiam antiqui minus instructi, circa ipsa instruere debet diligenter, ne circa salutem animarum errarent, et cauere ne ultra potestatem quae habetur fiat aliquid a quo cumque potest non modo supradictum. Præterea, quoniam (iuxta sapientis dictum) qui agunt omnia cum

§. 7.

consilio sapientia reguntur, vt in omnibus Minister sapientia gubernetur, statuimus quod in vna quaque domo sint tres, vel quattuor patres à cōsilijs (iuxta domus qualitatem) quos Minister & etiam pater Prouincialis in grauibus consulere tenetur, & ad pœnam grauioris culpæ infligendam alicui, sine eorum consilio procedere nō posse decernimus; neque in præmissis, aliud cōsiliarijs concedimus, nisi quod secundū deum, & conscientiaē dictamen, iuxta seriem istarum constitutionū, & regulam directe consulant. Quod si Minister salubre eorum consiliū non receperit, per patrem prouincialem vel visitatorem (iuxta qualitatem delicti) puniatur. Patres à cōsilijs declaramus esse Ministrum cōuentus, & vicarium, & fratres qui Ministri in aliquo cōuentu fuerint, vel si sint graduati, si autem vnus Theologus prædicator, quamuis non

non sit graduatus, & Pater nouitiorum: cæteri vero ex antiquioribus sint, qui ad minus quadragesimum suæ etatis annum expleuerint, si vero nonnūquam expedire videbitur ultra tres, vel quattuor patres à cōsilijs, nonnullos alios etiam discretos & antiquiores ad consilium vocare poterit, dummodo numerus omnium consulendorum senariū non excedat.

Numerus sextus, De vestitu &

Honestate habitus.

Vestimenta sint lanæ & alba. & liceat eis habere pelliceas singulis singulas, & brachias, quas iacentes non deponant.

Vestimenta fratrum omnia sint lanæ, lineis tamen tunicis ad carnem non vtantur, nisi necessitatis causa, licentia ad tempus (iuxta necessitatem) prius habitæ, in quo tamen casu ita coopertas deferant, vt neque quo ad collum, neque quod mani-

S. I.

cas foris quouis modo appareant. Similiter si alicui fratri concessum fuerit portare almillam, siue thoracem lineum super manicas nihilominus ex panno vel staminea alba portare teneatur et nullo pacto aliquid lineum in vestibus compareat. *¶ Vestes non sint curiosae, sed in factura uniformes, longitudo superioris tunicae usque ad poplitem pedis, quae nullomodo ex textura sit que vulgo dicitur stameña. Cappa vero, ex scissuris fiat, quas neegas hispani appellant, quae nulla ratione sit ex lanæa textura, quae hispane dicitur burato, sit quæ oruce pectori adiecta, duobus digitis breuior tunica, scapularium similiter, sed latitudine cooperiat commissuram manicarum et tunicae. De capputijs, sicut et de scapularijs, seruetur modus et honestas habitus, qui huic usque in reformatione est solitus obseruari.*

§. 2.
Pascen
an. 14
96.

.1. c.

¶ Om-

¶ Omnes fratres vno eodemque modo §. 3.
diocri panno vtantur, neque cupiāt I. G. in
vestibus placere Deo sed moribus, cap gen
qui enim mollibus vestiuntur, non an. 14
in monasterijs pauperum sed in do 29.
mibus regum sunt. Præcipimusque
quod in vna quaque prouincia præ
scribatur dies, in quo ministri con
uentuales debeant vestes fratribus
suis dare, ita quod vno eodē que
die, in omnibus domibus omnibus
fratribus dentur, quamuis in illis
non fuerint commorati, nisi per
quindecim dies, vel minus, vt sit
omnibus vno die de necessarijs d. Aug.
prouideatur. Nec alicui dentur in. Re-
pecuniæ, vel pannus, sed vestes gula.
factæ, vt sicut pascimur ex uno
cellario, sic induamur ex vno ve
stiario. Nullus tamen frater pro
pter quasuis culpas vestiario pri
uetur, sed alijs penitentijs ordinis
puniatur.

¶ Præterea nolumus vt aliquis fra

ter

172 *Expositio regulae fratrum*
ter cuiuscumque gradus dignitatis,
vel conditionis existat, quouis mo-
do possit sibi absque licentia supe-
rioris, emere, vel facere, vel alicui
vendere, aut quouis modo distrahe-
re, aut sibi ab alia persona quam à
suo praelato, vel de eius licentia da-
tum portare, vel retinere aliquod
vestimentum, sed omnes omnium
& singulorum fratrum vestes sint in
mera & libera potestate Ministri,
ita ut in rem communem (si ipse
velit) redigantur; & cui necesse fue-
rit præbeantur. Contra facientes,
veste, vel vestibus seu calceamentis
priuentur; & grauitè à Ministro pu-
niantur. Fratres autem recipientes
quæuis noua indumenta, vel calcea-
menta, reddant vetera, hæc vero in-
dumenta si adhuc refici potuerint,
foris nulli dentur, nec etiam seruito-
ribus domus, sed reficiantur & in-
uestiario reponantur.

§.5. ¶ Præterea in quolibet nostri Or-
dinis

Ordinis Sanctis. Trinit. 173

dinis monasterio, matorum vestium p. cōst
custos deputetur, qui in officina d. 2. c.
quadam peculiari omnes vestes cui
stodiat, atque suppellectilia, & cal-
ceamenta, & pannos tam lineos,
quam laneos; & de licentia ministri,
omnibus fratribus tam de vestitu,
quam de calceamentis provideat:
& diligenter studeat, ne vestes à ti-
nea comedantur & in omnibus que
ad suum officium pertinent cum ca-
ritate & hilaritate diligentiam ex-
hibeat.

Et alba.

¶ Omnia fratrum vestimenta iux- *Textus*
ta regulæ præceptum, albi coloris §.6.
debent esse, excepta cappa, quæ (ho-
nestatis causa) bruni coloris erit, ut
dispensatum est à Pio quarto, & ha-
betur in regula modificata. Qua pro
pter inhibemus, omnem alium colo-
rem in vestibus fratrum, tam inter-
nis quam externis, & quamcumque
curiositatem, tam in materia quam
infor-

Pius
quartus
anno.
1560.

Ex mo- in forma, quæ habitum sæcularium
ru pro- imitetur, vel nostram nõ deceat pau-
prio. Pii peritatem, et honestatem. Præcipi
Quinti. musque vt infra pallium, nullus om-
anno. nino sit color nisi albus galerus au-
 1573. tem quo vtimur equitantes, vel iti-
 nerantes de feltro nigro sit (vt hac-
 tenus extitit consuetum) et qui dif-
 ferat forma ab his quibus sæculares
 vtuntur. in super districtè manda-
 mus prouinciali et visitatoribus vt
 quoscumque inuenerint contrariũ
 facientes (sive ministri sint, sive sub-
 diti) puniant: et huiusmodi vestes
 ab eis auferant, vendique faciant cũ
 honestate ordinis, et de pretio inde
 accepto, eis emanantur vestes hone-
 stæ et humiles, etiam si tales vestes
 prohibitæ datæ illis essent a paren-
 tibus et consanguineis, aut aliis per-
 sonis sæcularibus, quod etiam fieri
 volumus, si aliquid aliud prohibitũ
 in toto hoc capite aliquis habere
 vel deferre præsumpserit.

Liceat

Liceat eis habere pelliceas & c.

¶ Pellicea et pellis quæ aliquibus,
 ob causam conceditur, depelli-
 bus sit agnorum, ita vt siluestres §.7.
 cuiuscumque generis minime
 permittantur. Zona nigri coloris
 erit, latitudinis duorum fere digito I.C. in
 rum, sed longitudine talis esse de ca. gen.
 bet, vt vna pars super alteram ve anno.
 niat. 1419.

*Numerus septimus de lectis &
 dormitorio.*

*Iaceat in laneis, ita quod Plumæ, fulcra, vel
 culcitra, nisi in ægritudine laborantes in do Tex. n.
 mibus propriis minime habeant cervical ue- 7.
 ro ad sustentationem capitis permittantur
 habere.*

¶ Lectos omnino præparari volu-
 mus vt in regula annotatur, ita quod §.1.
 fratres in laneis iaceant, et lineis
 sin

sind onibus non vtantur, nisi in infir-
maria & hospicio: omnes etiam fra-
tres nostri Ordinis habitent in cel-
lis sibi concessis in dormitorio, in
quibus vnicuique, de mensa, de se-
de, de candelabro siue lucerna, et de
lecto decenti, et religioso prouidea-
tur. Sint præterea parietes cellarum
nudi, nec liceat in eis quicquam sus-
pendere, nisi forte storam aliquam
ratione sanitatis tuendæ: non ibi
sint historiae, vel imagines prophæ-
næ. Aperta fenestra nemo noctu
dormiat, nec sine indufio aut non
coopertus.

§. 2. ¶ Ostiũ dormitorij sic claudi volu-
mus, vt nulli sæcularium (alicuius
etiam fratris consanguineo) aditus
pateat, nisi ex rationabili causa, et li-
centia Ministri prius obtenta. Silen-
tij tempore nullus à dormitorio di-
scedat, nisi de Ministri aut præsidẽ-
tis licentia in eius absentia, et tunc
peracto negotio, absque mora in
dormi-

dormitorium redeat.

¶ Nullus frater alterius fratris cel-
lam (quãuis hospes sit) altero intus
existente intret, nisi de licentia Mi-
nistri aut præidentis in eius absen-
tia: cella tamen Ministri & patris
nouitiorum pro fratribus sibi subie-
ctis omni tempore & patrum pro-
uinciae & magistrorum in theologia,
(extra tẽpus filẽtii) excepta, quã ne-
mo intret, donec post pulsũ audiat
ingredere. Qui cõtrarium fecerit, si
de die cellam alterius intrauerit ter
in medio rectorij pane & aqua re-
ficiatur, de nocte vero intrans, præ-
dictam pœnam sustineat duplicatã,
& si quis sæpius de hoc notatus fue-
rit atquẽ cõuictus, tanquam in obe-
diens à conuentu illo remoueatur.
eodem modo puniatur ille cuius est
cella, nisi immediate de illa ad in-
gressum alterius exierit. Nullus fra-
ter extra dormitorio nisi ob senẽ-
ctutem, aut infirmitatem dormiat,

M in eo-

178. *Expositio regula fratrum*

in eodem vero lecto (siue in dormitorio siue extra) duos fratres simul dormire nullo modo permittimus.

§.4.

¶ Singuli etiam si sacerdotes sint, cum primū surgunt lectum operiāt eumque & reliqua componant, & scopis cubiculum verrant tertio saltem quoque die: nullus ita cubiculū suum claudat quin aperiri extrinsecus possit aut arcam aut quicquā aliud habeat obseratum absque superioris facultate.

¶ *Numerus & status de signis in habitu ponendis.*

¶ *In cappis fratrum imponantur signa.*

§.1.

In scapulariis fratrum sicut in capis signa sunt imponenda (videlicet) crux in pectore, cuius brachiū quod vadit in longum sit de panno rubeo

Ordinis Sanctis. Trinit. 179

rubeo, illud vero quod vadit in trāuersum sit cerulei coloris. Ita habetur in regula modificata, & colligitur ex Ordinis institutione.

¶ Cappis vtantur fratres cum cucullis semper in choro illis diebus, & temporibus quibus præcipitur in cæremionali, contrarium facientes, ad arbitrium ministri emendentur.

§.2.

¶ De calceamentis nihil in hac primitiua regula habemus, in regula tamen modificata præcipitur, quod calceamenta fratrum sint clausa & ordinata, & quod genua non excedant, nisi sint equitates, quæ omnia ita obseruari volumus, & præterea quod sint nigri coloris, & in apertura duas corrigias habeant, & non sint facturæ laicalis, sed vt hactenus in nostro Ordine de obseruātia consuetum est. Nullus etiam vtatur ocreis præterquam in itinere, per ciuitates vero, vel oppida nec

§.3.

Ma etiam

180 *Expositio regule fratrum*
etiam procuratoribus concedantur
contrarium facientes calceamentis
priuentur, & ad arbitrium Mini-
stri puniantur.

☞ *Numerus nonus de equita-
turis fratrum.*

☞ *Equos non ascendant, nec etiam habeant
sed asinos tantū liceat ascendere, datos vel ac-
comodatos vel de propriis nutrituris susceptos*

S. r.

☞ *In hoc præcepto regulæ dispen-
satum est ab Alexandro quarto vr-
bano quarto, & clemente quarto, vt
liceat fratribus equos ascendere, &
equitaturas tales habere quales po-
terint, & sibi viderint expedire dū
nimis notabiles non existant, & ita
habetur in regula modificata.*

☞ *Numerus decimus de sobrie-
tate fratrum.*

☞ *Vinum sumendum à fratribus taliter te-
peretur quod sobrie sumi valeat.*

☞ So-

Ordinis Sanctis. Trinie. 181

☞ *Sobrietas virtus specialiter cir- .S. r.
ca potum attenditur, non quem. D. tho.
cumque sed eum qui natus est ca- 2.2, q.
put conturbare, & inebriare potest 149. ar
Quia tamen vinū multum potatum sic. i.
(vt dicitur ecclesiastici, c. 31.) irrita- Eccle-
tionem, & iram, & ruinas multas fa- stastici.
cit, maxime circa vinum sobrietas 31. c.
& mensura debet seruari. Qua pro- Eccle-
pter volumus (vt in regula præcipi st. ibi
tur) quod vinum sumendum a fra- dem.
tribus antequam illis in mensa præ-
beat, taliter a cellario temperetur
quod sobrie sumi valeat, quia so-
brius potus sanitas est animæ & cor-
poris, & exultatio animæ & cordis
vinum moderate potatum.*

☞ *Numerus undecimus de ie-
iuniis fratrum.*

☞ *Ieiunent ab idibus septembris, secunda Tex-
quarta, & sexta feria, & sabbato, nisi solen-*

M 3 nis

182 | *Expositio Regulae fratrum*
nis festiuitas interuenerit vsque ad pascha sic
tamē ut aduētus Domini vsque ad natiuita-
tem dominicam & à quinquagesima vsque
ad pascha (exceptis dominicis diebus) in cibo
quadagesimali ieiuent, & alia similiter ie-
iunia quæ consuevit Ecclesia celebrare. Po-
test tamen quando que ieiunium Minister re-
laxare propter aetatem vel viam, & aliam
iustam causam, vel facultate in spectata etiam
augmentare.

§. 1. ¶ Secundum Hanc primitiuam re-
gulam, ab idibus septembris vsque
ad pascha omnifecunda, quarta, sex-
ta feria, & sabbato tenebamus ieiu-
nare, & ab aduētū domini vsque ad
natiuitatem dominicam, & a quin-
quagesima vsque ad pascha (excep-
tis dominicis diebus) in cibo qua-
dragesimali. Sed tamē postea ab Vr-
bano quarto, & Clemente quarto,
dispensatum est in hoc & concessū
quod fratres nostri Ordinis ieiunēt
a propinquiore dominica festo bea-
ti Martini hyemalis vsque ad natiui-
tatem

Ordinis Sanctis. Trinit. 183
tatem domini, & a quinquagesima
vsque ad pascha: insuper & aliis tē-
poribus anni omni sexta feria nisi
festiuitas nouē lectionum (idest du-
plices primæ clas) interuenerit, vel
octauæ: ita tamen quod à quinqu-
agesima vsque ad pascha, & in aliis ie-
iuniis (quæ consuevit Ecclesia cele-
brare) in cibo quadagesimali ieiu-
nent, & ita habetur in regula modi-
ficata. Quæ quidem omnia ieiunia
fratres nostri iuxta hanc regulam mo-
dificationem & declarationem ob-
seruabunt: in parasceue vero irremi-
sibiliter in pane & aqua abstine-
bunt.

§. 2. ¶ In diebus ieiuniorum facto sig-
no ad collationem omnes conue-
niāt fratres, & qui voluerint, pote-
rūt moderate collationem sumere
collatione secunda mensa nullo-
modo fiat sed omnes cum con-
uentu egrediantur, prouideat autē
prælatus quod lector, & seruator an-

tequã conuentus intret collationẽ
sumant & egresso conuentu re-
fectorium omnino claudatur nec ali-
cui sine superioris licentia aperia-
tur.

Tex. ¶ Potest tamen quandoque ieiunium Mi-
nister cum discretionẽ relaxare.

S.3. ¶ Hęc verba de ieiuniis proprijs
Ordinis volumus interpretari in
quibus Minister siue prouincialis,
siue conuentualis poterit cum fra-
tribus suis dispensare, & ieiunium
cum discretionẽ relaxare, non tamẽ
cum toto conuentu sed cum illis ta-
tum fratribus qui aliquam iustam
causam habuerint, vt in regula an-
notatur.

S.4. ¶ Qui ieiunia a sacrosancta Eccle-
sia instituta fregerit, aut violare præ-
sumpserit, præterquam in articulo
infirmittatis seu in casibus, in quibus
Ecclesia ad ieiunium non obligat,
atque de licẽtia superioris: pro qua-
libet vice, tribus diebus panem &
aquam

aquam super terram comedere co-
gatur & poenæ grauis culpæ subia-
ceat; qui vero alia Ordinis ieiunia
violauerit, pro qualibet vice portio-
nem petere teneatur, deinde vero
si se non correxerit amplius punia-
tur. Minister vero qui prædictas poe-
nitentias non fecerit obseruari, à
Patre prouinciali, seu visitatoribus
grauiter corrigatur,

*¶ Numerus duodecimus de absti-
nentijs fratrum.*

¶ Carnibus datis ab his qui foris sunt, vel *Tex.*
sumptis de proprijs nutrituris vesci liceat
tantum in dominicis diebus, à Pascha vsque
ad Aduentum Domini, & à natali vsque ad
septuagesimam, & in natiuitate & Epipha-
nia Domini, & in Ascensione Domini, &
Assumptione, & Purificatione Beatæ Ma-
rie, & in Festiuitate omnium Sanctorum.
Nihil emant ad victum præter panem, &
pulmentum (scilicet) fabas & pisa & hu-
iusmodi

iusmodi legumina, olera, oleum, oua, lac, caseos,
 & fructus: sed neque carnes, neque pisces si-
 ue vinum liceat emere, nisi ad necessitatem
 infirmorum, vel minorum, vel pauperum,
 aut magnis solennitatibus. Liceat etiam nutri-
 turas emere & nutrire.

§. I.

¶ Abstinentia, ciborum que sub-
 tractio (si secundum rectæ rationis
 regulam subtrahantur) virtus est spe-
 cialis, & maxime iuuat castitatem:
 de abstinentia enim prodeunt castæ
 cogitationes, rationabiles virtutes,
 salubria consilia, & per voluntarias
 afflictiones caro concupiscentijs
 moritur, & virtutibus spiritus inno-
 uatur. Vt autem abstinentiæ fratrum
 secundum rectam rationem mode-

rentur & (vt inquit Diuus Petrus) in
 scientia nobis ministretur: volumus
 vt in omnibus & per omnia modus
 abstinenti, & ieiunandi hic nobis in
 regula traditus, iuxta eiusdem regu-
 læ modificationem & declarationem,
 à summis pontificibus factam inuo-
 labili-

labiliter obseruetur.

¶ Carnibus, &c. In toto hoc nu- §. 2.
 mero & infra, regula prohibet è
 sum carniū omni tempore, exce-
 ptis dominicis diebus à Pascha vs-
 que ad aduentum Domini, alijsque
 solennibus festiuitatibus in regula
 expressis; nec villo modo permittit
 quod fratres carnes emant ad victum
 neque pisces aut vinum. Sed tamen
 Leo Papa decimus & Adrianus sex-
 tus hoc modificauerunt, & conces-
 ferunt fratribus, quod si qualitas tē-
 poris, & monasteriorum necessitas
 id exigent, etiam in ipso refecto-
 rio (aduentus tamen & alijs à iure
 prohibitis tēporibus exceptis) car-
 nibus huiusmodi vesci possent. Ne-
 que prohibuerunt carniū, vel pi-
 scium, aut etiam vini emptionem, &
 ita habetur in regula modificata.
 Ex quibus patet licite nos carnibus
 vti in refectorio (maxime tanta mo-
 nasteriorum nostrorum perspecta

nc-

188 *Expositio regulae fratrum*
necessitate) alijs temporibus ab Ad-
uentu, & eis quæ iure prohibentur.
Ne tamen hanc concessionem am-
plius extendamus quam possumus,
præcipimus omnibus Ministris, vt
nullo modo circa esum carniū cū
toto conuentu dispensent à Domi-
nica proximiori festo Beati Martini
hyemalis vsque ad natiuitatem Do-
mini, nec permittant tam sanctum
& religiosum nostræ sacræ religio-
nis institutum violari sub pœna pri-
uationis ab officio & vocis actiue
& passiuæ per duos annos.

*¶ Numerus decimus tertius de iti-
nerantibus & modo se habendi in iti-
nere.*

*Tex. ¶ Cum vero in itinere siue peregrinatione
fuerint, liceat eis, (sed parce) vinum emere,
& pisces in quadragesima si necesse fuerit, et
si quid eis datum fuerit inde viuant, & resi-
duum in tres partes diuidant. Tamen si fue-
rint*

Ordinis Sanctis. Trinit. 189

*rint in via profecti ad redimendos captiuos,
quidquid eis datum fuerit, totum debent pone-
re in Redemptione captiuorum, præter expen-
sas. In ciuitatibus, in villis, siue Castellis, in
quibus proprias domos habuerint, nihil omni-
no extra domos illas (nisi forte in domo reli-
gionis) etiã si à quouis rogentur, comedant,
vel bibant, nisi forte aquam in domibus ho-
nestis, nec pernoctare præsumant, extra huius-
modi domos. Nunquam in tabernis, vel
huiusmodi locis in honestis habitent, come-
dant, vel bibant: qui autem hoc præsumpserit
iuxta arbitrium Ministri graui vindictæ sub-
iaceat.*

*¶ Itinerantes semper iter facient
induti cappis & cucullis, & siquid
eis datum fuerit inde viuant, resi-
duum vero cum redierint prælato
suo libere præsentare teneantur. Fra-
tres quoque viatores literas testi-
moniales secum deferant, & de ex-
cessibus suis in cōuētibus ad quos
declinauerint, corrigantur. In quacū-
que autem prouincia fratres itine-
rantes*

S. I.

rantes deliquerint, pater prouincialis seu Minister conuentualis intra quorum territoriū inuenti fuerint deliquisse, seu etiam præses corrigēdi eos (sicut fratres suos) liberam habeant potestatem.

§.2. ¶ Cum ex nimio & in ordinato fratrum discursu plurima incommoda subsequantur, ac regularis obseruantia plurimum relaxetur, ad subtrahendos, & compefcendos huiusmodi discursus inutiles atque vagos, inuolabiliter statuimus & ordinamus, quod ministri conuentuales, ac eorū vicarii, fratres suis conuentibus deputatos extra terminos suorum conuentum licentia non præsumant sine licentia patris Prouincialis. Quicumque autem minister, aut Vicarius præmissa inuentus fuerit non seruasse a Patre Prouinciali scire puniatur, quæ si iterum neglexerit deponatur.

¶ In

¶ Insuper cū ex inuasione terminorum & limitum aliorum conuentuum & prouinciarum turbationes & scandala soleant generari, præcipimus patribus Prouincialibus, & diffinitoribus capitulorum prouincialium, vt in singulis capitulis, (si necesse fuerit) vnicuique prouinciæ & vnicuique domui limites, & terminos constituent, quos præterire non liceat, constitutos què inter prouinciam & prouinciam, & inter conuentum & conuentum faciant obseruari. Fratres qui cōtrarium fecerint; poenæ grauioris culpæ subiacent, & quidquid acquisierint infra limites alterius prouinciæ, vel conuentus teneantur conuentibus in quorum præiudicium hoc fecerint absque dilatione restituere.

¶ Præcipimus in super & ordinamus (sacri concilii Tridentini decreto inhærentes) ne aliquis nostri Ordinis religiosus etiā prætextu

ad

§.3.

§.4.

ad superiorem accedendi, a suo conuentu discedat, nisi ab eodem missus, vel vocatus fuerit mandato in scriptis obtento. Quod si aliquis in Ordine habitu fugitiuus reperiatur prostratus virgis ad arbitrium Ministri emendetur ac per quindecim dies ad minus carcerali custodiae mancipetur, & poena grauis culpae puniatur, & per integrum annum voce actiua & passiuua careat, & si sacerdos fuerit vltimus sacerdotum, si vero professus vltimus professorum sit. Quod si bis fugitiuus fuerit omnia duplicentur. Qui vero quauis ratione nouerit religiosum aliquem alicubi in oppido, vel ciuitate delitescere absque superioris licentia, statim consciuum faciat praelatum, secus faciens conuictus careat per annum actiua & passiuua voce.

§.5.

¶ Nullus a sua Prouincia ad aliam potest transire nec recipi sine licentia suorum Prouincialium, translatus vero

tus vero in illam post annum vocem habebit sicut filius illius prouinciae in quam translatus est antiquitate vero a die admissioni. Si tamen huiusmodi licentia non obtenta a sua in aliam prouinciam fugerit, non admittatur sine licentia patris prouincialis suae prouinciae cum redierit, quod si admitti contigerit ultra praedictas poenas etiam voce actiua & passiuua careat duobus annis praecisse.

¶ In quouis capitulo prouinciali scribantur in libro prouinciae fratres fugitiui triennij praeteriti (quorum nomina scripta ferat ad capitulum procurator cuiusuis conuentus sub poena priuationis vocis actiuae & passiuuae per annum) vbi haec quae sequuntur specialiter memoriae mandentur, quas ob causas a suis conuentibus fugerint, an intra suae prouinciae fines, vel extra errauerint; quibus delictis fuerint conuicti, an e carcere discesserint, sub quo aufugerint

§.6.

N gerint

gerint Ministro, sub quo prouincia-
li. Quæ omnia notari volumus ne
eorum fuga obliuioni mandetur, nã
tot possunt esse fugæ vt incorrigibi-
lis huiuscemodi censeatur. In puni-
tione vero hic seruetur ordo, vt an-
te omnia fugitiuus ad eum redeat
statum in quo erat antequam fu-
geret.

§.7.

¶ Ministri ad quorum domus di-
uerterint fugitiui, vel postmodum
destinati fratres fuerint, sub pœna
suspensionis ab officijs prædictas
pœnas executioni mandent: si vero
secundo in hoc negligētes fuerint,
ab officijs absoluantur. Fratres hu-
iusmodi fugitiui in habitu Ordinis,
postquam in conuentum quo diuer-
tere pœnam carceris & grauis cul-
pæ adimpleuerint, patrem prouin-
cialem certiore faciant cum litte-
ris testimonialibus pœnitentiæ ad-
impletæ: vt eos reliquis pœnis pu-
niat, & de conuentibus prouideat.

De-

Declaramus tamen hos fratres fugi-
tiuos (habitu Ordinis retento) nullã
propter hoc incurrisse excommuni-
cationem: sed volumus vltra prædi-
ctas pœnas, qui de sua prouincia in
aliam fugerit, quòd totum temporis
spatium quod extra prouinciam cõ-
moratus fuerit non computetur ei
ad locum sessionem & antiquita-
tem.

¶ Frater vero professus qui ad aliũ
se transtulerit Ordinem, si postea re-
uersus fuerit non recipiatur nisi de
licentia patris prouincialis, & rece-
ptus vt nouitius habeatur; & voce
actiua & passiuæ careat, nisi per capi-
tulum prouinciale cum eo dispense-
tur, quæ dispensatio & habitatio
ante triennium expletum minime
fiat, nec ante decem annos ad vllam
Ordinis dignitatem promoueri pos-
sit. Eadem pœna puniantur qui im-
petrata, vel petita licentia titulo mu-
tandi habitum huc illucque vagi er-

§.8.

N 2 rauerint,

rauerint, non assumpto alterius Ordinis habitu cum redierint.

§.9. ¶ Qui autem instigante Diabolo (quod absit) vestes Ordinis dimiserit, talis Apostata sit ipso facto excommunicatus quam sententiam ex nunc presenti statuto ferimus, & talis per Ministrum in cuius administrationem diuerterit, absque mora capiatur & absoluator, & nudus cum virgis ad capitulum veniat; & prostratus culpam suam dicat ac humiliter veniam petat, & quamdiu prelato placuerit poenae grauioris culpae subiacebit: & singulis hebdomadae diebus nudum se capitulo praesentabit. Intra hoc poenitentiae tempus in conuentu & vbique nouissimus erit, & duobus diebus cuiuscumque hebdomadae (per annum) in pane & aqua ieiunabit. Qua per acta poenitentiae ad priorem locum numquam redeat, nisi per maiorem Ministrum Ordinis, vel per diffinitores capituli ge-

li generalis, vel prouincialis cum eo dispensatum fuerit, quae dispensatio ante triennium non fiat: ita tamen quod anni quos in Apostasia permanserit, ei non computentur quo ad locum & antiquitatem: atque ultra haec octo annis voce passiva careat, ut nec Minister nec Vicarius fieri possit. Quicumque tamen apostatauerit, si postea misertus sui, & poenitentia ductus, vel vi aliqua compulsus ad Ordinem redire voluerit, usque tertio porta misericordiae ei non claudatur: nisi tale quid commiserit, vel in ordine, vel extra, quod ad receptionem in Ordine se reddiderit indignum.

In ciuitatibus in villis siue Castellis, &c.

¶ Praecipimus quod nullus frater nostri Ordinis veniens ad locum in quo ordo habet monasterium, vel inde exiens, in domibus saecularium, vel aliorum religiosorum prandere, vel coenare praesumat, antequam ad

conuentum vadat, vel à populo discedat sub pœna grauis culpæ. Qui vero in locis prædictis pernoctare præsumperit ultra hoc, vnam disciplinam recipiat: quod si bis pernoctauerit duplicetur ei pœna & sic deinceps: ac præterea, sic pernoctantes carceri per triduum mancipentur. Quod si aliquis Minister tale quid commiserit, à prouinciali, vel visitatoribus grauitè puniatur: Prouincialis vero à capitulo prouinciali. Poterit tamen Minister ex rationabili causa fratres suos licentiare ad comedendum extra conuentum cum honestis & grauibus personis, vel parentibus: quod non faciat faciliter nec frequenter, sed discrete se habeat in eiusmodi licentia concedenda, & in socijs assignandis, ne ex hoc occasio scādali subsequatur.

¶ *Numerus. 14. De refectio-
ne fratrum.*

¶ *Talis*

¶ *Talis sit caritas inter fratres clericos & Tex. laicos, vt eodem victu, vestitu, dormitorio, refectorio, & eadem mensa vtantur.*

¶ De vestitu & dormitorio supra suis locis dictum est, hic solum est agendum de refectorio & refectio- ne. Vniuersi igitur fratres ad vtram que refectio- nem prandij & coenæ, post pulsationem, lotis manibus, in loco de profundis nuncupato conueniant: ibique psalmo de profundis cum oratione pro defunctis benefactoribus recitato refectorium ingrediantur, & vterque chorus hinc atque hinc iuxta mensas ex vtraque parte diuidatur, minoribus inferius remanētibus, & senioribus superius iuxta cuiusq; antiquitatē ascendentibus. Antiquitates vero & sessiones fratrum tam in capitulis, quam in congregationibus à die professionis debent annumerari, & licet quis sacrorum Ordinum causa, antiquiorem se superauerit, illum

§. I.
Nu. 6.
¶. 7.

N 4 tamen

200 *Expositio regula fratrum*
tamen sacros Ordines suscipientem
tum sessionem, tum etiam antiquita-
tem priorem obtinere præcipimus,
In Sacra Theologia graduati, & de
licentia Ordinis admisi super om-
nes alios fratres sessionem & anti-
quitate obtineant, primo magistri
postea præsentati. Quod sic intelli-
gimus dummodo in Ordine vixe-
rint continuo, nam alias omne tem-
pus quo extra Ordinis obedientiam
permanerint, seorsum dematur, &
illius temporis solum, quo in Ordini
obedientia perseverarunt ratio
habeatur. Et quamvis in alijs habili-
tentur, & in alijs dispensentur, circa
hoc tamen nec habilitari nec dispē-
sari posse decernimus, & quidquid
contra hoc statutum attentatum, si-
ue pro tempore actum fuerit, totum
sit irritum & inane. Patres vero qui
prouinciales fuerunt, in suis prouin-
cijs post diffinitores habebunt ses-
sionem, & extra capitulum omnes
mini-

Ordinis Sanctis. Trinit. 201

ministros, & graduatos præcedent,
nisi sint ministri locales: cæteri vero
fratres, nec causa prædicationis, aut
lectionis, aut præteritæ administra-
tionis habebunt sessionem nisi suæ
antiquitatis inter alios à die suæ
professionis, vt dictum est.

¶ Fratibus igitur refectorium in- §. 2.
gredientibus, ex vtraque parte diui-
fis, & iuxta singulorum antiquitates
dispositis & remanentibus, ministro
medium ingredienti se inclinabunt
Facto que à prælato signo lector di-
cat benedicite, & conuentus profe-
quatur benedictionem vt in breuia-
rio. Qua finita, vnusquisque reue-
renter, antiquitate (vt prædiximus)
seruata sedeat. Hoc tamen ordine
seruato quod omnes quotquot in
prima mēsa cōuenerint, ita iugiter
sessions occupēt, quod nulla inter
ipso relinquantur vacua. Nouitii ve-
ro seorsum sedeant cum suo patre.
Post acceptam benedictionem sta-

N 5 tim

tim lector in tono lectionum, lectione decantare incipiat: et seper legat capite discooperto, semper que lectione inde prosequatur, ubi prius finierit. Deinde facto secundo signo a praelato, fratres comedere incipiant, ea cum modestia ac totius corporis compositione, quae religiosus decet. Patres vero seniores, & grauiore taliter segerant, ut alii in eos conicientes oculos eorum modestiam imitentur.

- §. 3. ¶ Nullus fratrum domi existentium a prima mensa remaneat, nisi pro aliqua necessitate vel re graui, & hoc delicentia praelati, ad quam qui non intrauerit cum comunitate spectet secundam: in qua ut silentium seruetur, & lectio sicut in prima legatur pater nouitiorum praesidebit. Numquam tamen tertia mensa erit, intelligimus autem per secundam mensam, quandiu lector cum seruatoribus primae mensae comederint. Propter

pter quod Minister iniugat eis, quibus licentiam eundi foras concesserit, ut sic ad conuentum festinent reuerti, quod saltem secundae mensae valeant interesse. Siquis tamen ex consuetudine primae mensae non interfuerit grauius puniatur, qui vero secundae defuerit sine praelati licentia portione omnino priuetur & per octo dies domi recludatur. Nullus praeterea frater in refectorio comedens alteri fratri mittat aliquid nisi solus Minister, & patres qui prouinciales fuerint, ac etiam in sacra theologia magistri, sed omnibus fratribus iuxta regulae praecipitum, de eodem victu, eodemque pane, in eadem mensa indifferenter prouideatur. Poterit tamen de eo quod sibi datum, vel allatum fuerit dare iuxta se sedentibus a dextris & a sinistris.

¶ Lectio prandii diebus dominicis, & aliis festiuitatibus, de homilia

ocur-

§. 4.

occurentis euangelii erit, aliis vero diebus sacrae scripturae sit, iuxta temporis qualitatem, item similiter de vitis sanctorum, quorum festiuitates, illis diebus celebrantur, & praecipue in coena, & de alia religioforum doctrina, feria autem sexta regula legi debet, ac demum quotidie quidpiam constitutionis, vel caeremoniarum, ita tamen quod inter prandendum & coenandum lectio nunquam praetermittatur:

§.5.

¶ Finita refectione vnusquisque demissa facie, & vestibis complicatis manibus sub scapulario inclusis sedeat, collectis que reliquiis, & facto secundo signo lectordicat: tu autem domine miserere nobis. Et conuentus respondeat, Deo gratias, & statim omnes surgentes, ante mensam suis in locis stabunt, & dicto agimus tibi gratias, vel benedictus deus, in modum processionis ad ecclesiam, vel capitulum cum psalmo
miserere.

miserere mei, vel alio iuxta temporis qualitatem egrediantur & ibi finiantur gratiae cum antiphona beatae Virginis gaude Deigenitrix & .*Ÿ* ora pronobis sancta Dei Genitrix. & vt digni &c. oratio protege domine famulos tuos &c. post refectionem vero nullus refectorium ingreditur.

¶ Ministri in refectorio comedant §.6. & cibariis conuentus sint contenti, et silentium obseruari faciant, neque ibi saeculares prandere permittantur nisi ex rationabili causa et maturo consilio: cum quibus omnium cum modestia, et religione agatur inmensa, nec coram eis aliquis publice reprehendatur nisi de culpa tunc temporis ipsis videntibus commissa, nec aliqua poenitentia ab aliquo exerceatur.

¶ Diebus quibus carnibus vesci §.7. prohibetur, inhibemus ne intra refectorium, quispiam illis vesci audeat,

deat etiam infirmitatis aut alia causa, sed in infirmaria, aut hospicio, nisi tanta sit ædificiorum penuria, quod aliter fieri nequeat. Minister qui circa horum obseruantiam negligens fuerit, panem et aquam coram patre Prouinciali comedet.

☩ *Numerus decimus quintus de infirmis & infirmaria.*

Tex. ¶ *Infirmi seorsum dormiant, et comedant ad quorum curam habendam conuersus aliquis laicus siue clericus deputetur, qui ea que necessaria fuerint inquirat et ministret sicut fuerit ministrandum. Moneantur infirmi de lauta siue nimium sumptuosa cibaria non requirant, commoda potius, et salubri moderatione contenti.*

§. 1. ¶ *In quolibet nostri Ordinis monasterio (iuxta cuiusque posse) ædificetur locus, qui nuncupari solet infirmaria in quo infirmi seorsum dormiant, et comedant. Ad quorum curam habendam aliquis religiosus pius*

pius ac caritate feruens deputetur qui leniter et alacriter infirmis medellam exhibeat, et iuxta medici præceptum et domus facultatem necessaria administret. quod si propter multitudinem infirmorum, vel infirmitatum diuersitatem, seu aliquam aliam causam solus non sufficiat, dabitur ei coadiutor vnus, vel etiã alius si opus fuerit. Infirmary autem quæ in infirmaria necessaria sunt; et quæ aguntur in illa, et quomodo, se habeant infirmi, qui plus minusve grauentur, debet sæpe intimare ministro, vt ipse tam in necessariis prouidendis, quam in moribus corrigendis possit semper vigilatior inueniri. Qui male se habere præter solitum senserit, id infirmario, aut superiori referat: nemo vero medicinam vllam accipiat, aut medicum eligat, vel consulat nisi approbante ministro.

¶ *In infirmaria sint lecti, in quibus §. 2. iaceant,*

iaceant infirmi, et inde nullatenus exeant, nisi de consilio medici, et infirmarii licentia. Similiter lintheamina vasa et omnia alia infirmorum curæ necessaria, ibi reponantur. In ipsa infirmaria sit oratorium, siue altare, vt rem sacram possint audire infirmi, qui vero non graui morbo laborauerint choro interfint.

§.3.

¶ Erga infirmos caueat Prælatus ne sit negligens sed sollicitè intendat, ne aliquid desit infirmario, quod necessitati expediat infirmorum, etiam si ob remedium eorum opus esset, apud creditores debita contrahere, sic enim procurandi sunt infirmi vt citius releuētur. Minister sepe eos visitet, maxime si graui morbo laborauerint, ac de confessione et sanctissimæ eucharistiæ sacramēto sumendo moneat, hortetur què ad patientiam, et quantum in se fuerit consoletur et si quos aliquid animaduersione dignum fecisse sciuerit

rit postquam conualuerint, in capitulo puniat, interim tamen (si casus exegerit) reprehendat.

¶ In super cum (iuxta ecclesiastici dictum) ex infirmorum visitatione in dilectione firmemur, hortamur omnes in domino, vt infirmos assidue visitent horis et temporibus non prohibitis, nec in hoc misericordiæ opere deficient quantum enim consolationis, ex fratrum visitatione infirmi percipiāt, vnusquisque iudicet. Qui ægrotos inuisent non solum demissa voce loquantur sed tanta etiam moderatione vt illis molesti non sint, atque de iis agant, quæ et exhilarare et cōsolari ægrotos, circumstantes quæ edificare in domino possint.

§.4.
c.7.

¶ Si vero aliquis Minister, vel præficus infirmos sui conuentus raro admodum visitauerit, vel eis de medico infirmario, medicinis, et aliis necessariis, secundum loci possibili

§.5.

○ ratem

tatem non prouiderit: vel eius incuria et negligentia domus pro infirmis, cū omnibus suppellectilibus et utensilibus necessariis deputata nō fuerit Minister prouincialis in prima uisitatione, eum dure arguat, et coram omnibus reprehendat. Si uero non se correxerit, & in secunda uisitatione de eisdem negligentijs conuictus fuerit (in quo casu infirmarius, & aliqui ex infirmis qui sunt vel fuerunt, & seniores conuentus interrogandi erunt) ab officio suspēdatur, ac postea priuetur, & inhabilis maneat ad omne officium cum cura animarum usque ad quinquennium. Prouincialis uero vel uisitatores qui eum conuictum non suspenderit, à diffinitorio eadem poena inhabilitatis afficiantur.

§. 6. ¶ Cum autem talis fuerit qualitas morbi alicuius fratris, ut usum rationis probabiliter impedire possit: sollicite aduertat Minister, ut qui iux-

ta medici consilium de uita periclitatur, antequam usu rationis priuetur, omnibus Sacramentis acceptis, tamquam armis à Christo Domino nobis liberaliter concessis, ad transitum à temporali uita ad æternam se muniat atque corroboret: ab eo que inquirat, si in aliquo tenetur alicui, vel quoad restitutionem bonorum, vel etiam famæ & existimationis, aut si alius ei teneatur, si scit alicuius culpam, per quam possit Ordini scandalum generari, vel etiam domui, aut fratri, & quæ eo decedente probari non possit; aut si habet alicubi repositum aliquid quod ipse Minister ignoret; & si necesse fuerit faciat de omnibus bonis ab Ordine sibi concessis lucidum inuentarium & si prædictus ægrotans inuentariū facere renuerit, Minister eum compellat sub poena proprietarij. Minister autem qui prædictum inuentariū fieri non procurauerit, per trien-

212 *Expositio regula fratrum*
nium voce passiva priuetur.

§. 7. ¶ Circa infirmum in extremis laborantem omnis cura adhibeatur, ne sine custode die noctu ve relinquatur, orationibus que fratrum ad id serio adhibitis adiuuetur, & præter alios Minister deligat aliquem vel aliquos fratres, qui infirmum morti proximum inuisant, eique assistant & animosiores reddant, eaque suggerant, eis que auxilijs eum iuuent, ac verbis dulcibus consolentur, quæ eo tempore conueniant (iuxta illud ecclesiastici) consolare mortuum in exitu spiritus sui: & cum iam alia officia parum erunt utilia, eum domino efficaciter comendent, quæ omnia Minister sub pœna suprascripta obseruari faciat.

¶ *Moneantur tamen infirmi, vt lauta &c.*

§. 8. ¶ Quamuis autem infirmis nostris omne velimus obsequium necessarium impertiri, debent tamen ipsi intendere parcitati, & cauere ne sibi ser-

Ordinis Sanctis. Trinit. 213

bi seruietes propter Deum sua superfluitate contristent, nec cibos illos exquirant, qui reciduationem potius quam salutem inducere consueuerunt, comoda potius & salubria appetant moderatione contenti. Curent etiam infirmi ex infirmitatibus corporis fructum aliquem capere spirituales, non impatientes se exhibendo; sed potius patientiam interius habendo, & exterius præferendo, & verbis pijs & ædificatorijs vtendo, quæ ostendant ægritudinem, vt donum de manu domini *Ecclesia stic. 18.* ab eis sumi, & in tempore infirmitatis ostendant conversationem suam. Præstent etiam obedientiam medico, & infirmario in ijs quæ pro sua salute fieri oportuerit.

¶ *Numerus. 16. De hospitio fratrum.*

¶ *Cura hospitum, & pauperum, & omnium Tex. euntium & redeuntium vni de discretioribus*

& benignioribus fratribus iniungatur: qui audiat eos, et ut expedire viderit, caritatis solatium administret, requirat tamen ab illis quos crediderit admittendos, si eis quæ fratribus apponuntur, velint esse contenti, ad lauta quidem, siue nimium sumptuosa cibaria non oportet quemquam admitti. Quæcumque tamen præstanda sunt cum hilaritate præstentur, & nulli maledictum pro maledicto reddatur. Si quis & maxime religiosus ad hospitandum aduenerit, benigne suscipiatur & caritatiue (iuxta posse domus) illi subministretur. Avena tamen, vel aliud loco avenæ hospitibus non datur, si fuerint in ciuitate, vel oppido, vel ubi venalis inueniatur: nisi forte religiosi sint hospites, vel tales qui ad manus non habeant, & non emere possint, si autem hospites venalem non inuenerint, & in domo qua suscepti fuerint, inueniatur, congruenter eis præbeatur.

§. i.

¶ Ut opera caritatis huiusmodi & hospitalitatis (ad quæ ex regulari præcepto tenemur) commodius exequantur: ordinamus & mandamus, quod in omnibus domibus suarum
admi-

administrationum, Ministri habeant seorsum hospitia (secundum domus facultatem) & ad recipiendos fratres euntes & redeuntes, vel alios sæculares (si fuerint admittendi) deputetur aliquis religiosus, qui eos benigne & gratiose recipiat, & caritatis solatium magna cum diligentia administret, atque humiliter eorum pedes lauet, exemplum à sanctis patribus sumens.

¶ Statim quod fratres nostri ad §. 24
hospitandum aduenerint, Ministro conuentus se præsentent, & causam sui aduentus exponant. Minister vero consideratis eorum meritis, & labore, faciat eis necessaria caritatiue & hilariter ministrari. Si tamen ulterius aliquis eorum in domo moram traxerit, sicut vnus ex conuentualibus tractetur, & ad sacra facienda sicut alij fratres conuentus teneatur. Si tamen ex ipsis aliquis habuerit aliquid à suo ministro in mandatis,

seu quodcumque aliud negotium utile & honestum, cui oporteat ipsum attendere, minister loci eum non occupet alijs negotijs, ne illud propter quod venit, impediri, vel differri valeat, sed sicut discretioni sue videbitur, ei de socio providebit, cum quo illud tale valeat expedire. Minister Ministrum hospitem honorifice suscipiat, hospes vero absque conuentualis ministri licentia per ciuitatem non discurrat, neque in ea moram faciat.

§ 3. ¶ Hospitium mensa sit frugalis, non dapibus referta exquisitis, & magno pretio emptis, sed eis solum quæ fratribus apponuntur, hospites sint contenti habito personarum delectu, si enim hospes fuerit minister, magister in theologia, aut vir præ alijs honore dignus, portio illi detur duplicata, & hoc quidem in refectorio excepto die, quo hospes aduenit.

¶ Qui-

¶ Quicumque minister, vel eius vices gerens, in consuetudinem duxerit hospites minus caritatiue quam par est, iuxta possibilitatem loci recipere, vel hospitium (ut dictum est) accomodare noluerit, a patre Prouinciali, in prima visitatione publice arguatur, si vero in secundavi sitatione de eadem culpa cōuictus fuerit (de qua hospitarius, & seniores cōuictus interrogandi erunt) ab officio suspendatur, ac demum priuetur, & ad omne officium cum cura animarum, per triennium in eligibilis maneat, prouincialis vero, vel visitatores, qui huiusmodi sic cōuictum ab officio non suspēderint, vel postea priuari non fecerint, eadem poena inhabilitatis à diffinitorio puniantur.

Numerus. 17. de officiis

fratrum

¶ Nullus frater laicus siue clericus sit (si fieri potest) sine proprio officio. Siquis vero la-

O 5 borare

Tex.

borare noluerit & potuerit locum illum deserere compellatur cum Apostolus dicat, qui non laborat non inducet.

§. I.
D. Bernardus
in ser-
monede
otio.

¶ Cum otiositas sit mater nugarū & nouerca virtutum, vt fratres nostri otio torpentes vitiosi non fiant, maxime curet minister ne aliquis sibi subditus siue clericus, siue laicus sit sine proprio officio, sed sic omnes in suis occupentur officiis vt ea perfectius compleant & quotidianis ac recentibus virtutum incrementis mentē instaurent, caritatem exerceant, & (vt inquit Hieronymus) diabolus eos occupatos inueniat, non enim facile capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. Si quos tamen Minister inuenerit otiosos per domum vagantes, inanes miscētes sermones, & tempore abutētes illos cohibeat, & in cellas ire præcipiat, vt tempus rebus utilibus impēdāt, & a malo discedant.

§. 2. ¶ Omnia officia domus quæ per ele-

electionem non dantur Minister fratribus suis cōmittat, & inter eos diuidat, siue per longum tempus, vt sunt sacristæ, procuratoris ianitoris infirmarij, & alia huiusmodi officia siue per hebdomadā, vt sunt ea quæ sabbato cuiusque hebdomadæ in refectorio leguntur, & fratribus per tabulā iniunguntur, videlicet hebdomarii, diachoni, subdiachoni & huiusmodi. Cum autem Minister in capitulo, vel alibi alicui fratri officium ad tempus iniunxerit, ille talis audito mandato superioris, corā eo genua flectat & manus osculetur in signum obedientiæ, indicans statim se facturum, quod fuerit iniūctum. Cum vero in refectorio aliquis ad aliquod officium per tabulā fuerit nominatus, similiter insignū obedientiæ caput inclinet, quod etiā omnes, audito nomine prælati facere debēt. Officia plura, dum modo non sint in compatibilia, vni cōmitti pos-

ti possunt, maxime in minoribus cōuentibus.

- 3.5 ¶ Quamuis autem vnusquisque paratus esse debeat, ad quod vis officium assumendum, quod ei fuerit impositum, animaduertendum tamē erit, ne illis quæ robustiores, ac fortiores homines requirunt, debiliores constituentur: habeatur etiam ratio ætatis, & dignitatis fratrum. Recepto quocumque officio, debet officialis considerare, quæ licentiæ generales sint sibi necessariae ad officium exequendum, pro quibus difficile nimis foret recurrere ad prælatum assidue, & de illis cum prælato conferre: item cum aliqui excedunt circa aliqua de pertinentibus ad officium suum, debet super his proclamare, vel ministro suggerere quod faciat admonitionem in capitulo: cum autem non sufficit solus peragere ea, quæ sunt officii sui, potest a prælato adiutorem postulare, &

& cum adiutoribus sibi datis ita socialiter, & amabiliter se debet habere quod facile inueniantur, qui in eius adiutorium velint assignari. Itē cum contingit eum ab officio præpediri, debet officium suum, vel aliis cōmittere, vel ad superiorem recurrere, ne eius absentia, seu impedimento, defectus oriatur. Cum recipit officium, debet scire quæ, & quot recipit, & quando officium dimittit si creuerint, vel defuerint, rationem reddere tenetur, & suis tēporibus vicario conuentus, vel patri nouitiorum. Quando vero duobus idem officium commendatur sic provideatur quid ad quem pertineat, quod in confidētia alterius nihil negligatur, vel omittatur. Cum autē imponitur officium de nouo alicui, qui non bene scit ea quæ sunt in illo officio facienda, debet à prælato petere, vt per aliquem exercitatum in huiusmodi officio, eum faciat in omnibus

nibus instrui diligenter.

§.4. ¶ Statuimus etiam, vt tam fratres, (quibus deus dedit donum sciētiae) quam etiam hi qui sciunt manibus operari, fratribus aliis siue conuen-ribus seruire gratis de talento eis tradito secundum superiorum suorum mandata teneantur: ita quod quando oportuerit communi fratrum vtilitati, demandato superiorum inferuire, nulli liceat absque speciali licentia superioris, alicui foris vel intus, nec etiam sibi ipsi aliquid operari, nec obedientiam propria voluntate vel vtilitate dimittere. Si autem aliquot ex huiusmodi officiis, seu quodcumq; aliud mandatum (dum modo illud non sit iussioni diuinæ contrarium) alicui subditorum suorum minister iniunxerit, ille talis fretus obedientia sine disceptatione, id suscipiat etiam si graue multum, & suis viribus im-
portabile videatur, quoniam vir-

tus

tus obedientiae vires adauget: sed postea imbecillitatem, & præcepti difficultatem Ministro suo cum omni humilitate, & sine fictione infinuēt, & si quod optat obtinere meruerit ab eodem, gratias agat deo, & humilior fiat: si vero non meruerit obtinere quod optat, sciāt animæ suæ, sic expedire, & quātū in eo fuerit faciat sicut velle nouerit imperātem. Non enim volumus, fratres nostros superiorum suorum mandata recusare, nec eorum præceptis (etiā si valde difficilia imperēt) contra ire. Si vero postquā in superioris sui obedientiis (secundum sibi datā a Deo gratiā) cæperit humiliter se exercere, probabiliter viderit se absq; interioris, vel exterioris hominis periculo, vel nimia difficultate nō posse muneri sibi iniuncto satisfacere pe-
tet humiliter absolui, vel releuari & minister (nisi frustratorias videatur causas & excusationes prætere)

dili-

diligenti consideratione præmissa, vel eum ab officio, seu obedientia absoluat, vel de socio seu sociis ei prouideat pro vt magis viderit expedire, ad quod, si quacumque ex causa Minister difficilis videatur, patres cōsili (qui in sua prece frustrari non debēt) apud eum, vt id faciat procurabunt.

§. 5. ¶ In exercendis officiis abiectis et humilibus promptius ea suscipi conuenit, a quibus sensus magis abhorrebit, siquidem iniunctum fuerit vt in eis se exerceat: præcipue cū quis animaduertitur ad superbiam esse propensus, exerceri is debet in rebus abiectioribus, quæ ad humiliandum ipsum vtilis futuræ videantur, & sic de aliis prauis animæ propensionibus.

§. 6. ¶ Postquam aliquis in nostro Ordine in aliquo gradu coaptatus fuerit, ad alium progredi curare nō debet sed in suo perfici, & obsequio rei

rei & gloriæ se se impendere.

¶ In alterius officium nemo se ingerat, in locum vero alieno ministerio deputatum nullus ingrediatur sine facultate superioris, aut eius qui illi loco præest in rebus necessarijs. Oppositum faciens arbitrio ministri puniatur.

¶ Nemo cuiusquam negotij etiam pij sine facultate superioris curam suscipiat, nec ad id operam suā promittat, aut se propensum ostendat: sæcularia vero negotia (vt quæ sunt à nostro instituto aliena, & vehementer à spiritualibus auocant) multo multo magis auersari conuenit. oppositum faciens arbitrio ministri puniatur.

¶ Vt omnia, quæ in his constitutionibus præcepta sunt, executioni mādentur, Ministri cum primum cuius fratri officium aliquod cōmiserint vt procuratoris, sacristæ, ianitoris & huiusmodi, debent omnes consti-

P tutiones

§. 7.

§. 8.

§. 9.

tutiones quæ, de illo agunt officio in hoc libro, illi fratri tradere in scriptis, lingua qua ab illo possint intelligi, ut munus sibi traditum recte administret: atque nemo audeat munus sibi iniunctum exercere ante traditas sibi & lectas & intellectas constitutiones ad se pertinentes. Minister secus faciens arbitrio patris provincialis puniatur.

¶ Numerus. 18. De silentio.

¶ Silentium obseruent semper in ecclesia sua, semper in refectorio, & semper in dormitorio. De necessarijs tamen, liceat loqui alijs temporibus aptis, remissa voce, humiliter, & honeste, & extra prædicta loca.

§. 1. ¶ Cum in hac nostra apostolica regula expresse habeatur, quod fratres nostri Ordinis, in ecclesia, refectorio, & dormitorio continuum silentium obseruent: hoc idem Ministros & fratres inuiolabiliter custodire præcipimus, sic quod in ecclesia

fia (maxime dum diuina celebrantur officia) minime confabulentur. Poterunt tamen fratres (iuxta regulæ huius modificationē) in choro siue in ecclesia audire confessiones & ibidem propter aliquam iustam causam pauca verba sub silentio & sine strepitu loqui. Similiter in dormitorio, & refectorio, si necessitas aliqua, vel iusta causa eos ad loquendum compellat, paucis verbis & submissa voce loquentur.

¶ In quolibet nostri Ordinis monasterio, à die resurrectionis dominicæ vsque ad diem exaltationis sanctæ crucis pulsabitur post prandiū ad silentium, quo signo audito, fratres dormitorio ire compellantur durabit quæ silentium (diebus quibus non ieiunamus) vsque ad nonā finitā: noctu etiam semper post cœnam, vel collationem pulsabitur ad silentium, veris tempore hora octa-

228 *Expositio regule fratrum*
ua, hyeme vero hora septima, quod
durabit vsque ad pretiosam sequē
tis diei, aliis vero temporibus & lo-
cis a prædictis liceat fratribus de
necessariis loqui, remissa voce hu-
militer & honeste.

§.3. ¶ In super volumus quod extra
c. ad mo prædicta loca, in clauſtro etiam cer-
naste- tis horis & locis (iuxta antiquam no-
rium de ſtri Ordinis obseruatam consuetu-
ſtatu. dinem) silentium obseruetur. Et nul-
mon. lo modo ibi permittantur fieri ludi
aut aliquæ insolentiæ, similiter in ſa-
cristia tempore missarum, ne deuo-
tio celebrantium impediatur, aliove-
ro tempore, ita ibidem fratres mo-
derate loquantur, ne in ecclesia si
fuerit aperta a sæcularibus audian-
tur. In conuentu tamen, vbi est vnū
solum clauſtrum, & locus ipse ita ni-
mis arctus, & angustus, quod nec do-
mus, nec locus aliquis, vbi fratres
interdum loquantur, conuenienter
inueniri possit, minister fratribus
suis,

Ordinis Sanctis. Trinit. 229
suis, vt in aliqua certa & determina-
ta hora in clauſtro loqui valeant, lo-
cum dabit: at vbi duo sunt clauſtra,
in primo seruetur silentium, in secū-
do vero poterunt fratres cum bene-
dictione domini honestos & vtilis
sermones ad inuicem conferre, &
animum parumper a laboribus con-
tinuis relaxare, moderate tamē sine
tumultu, voci ferationibus aut cōtē-
tionibus, seu quouis alio excessu,
vbi vero nullū fuerit clauſtrū, in lo-
co & tēpore à ministro determinatis
¶ Præterea in quocūque Ordi-
nis monasterio quidam religiosus §.4.
zelator assignetur, qui circator fit,
cui sedulo aduertere incumbit, ne
statutis temporibus ab aliquo silen-
tium frangatur, & diu noctu que (si
lentii tempore) diligenter domum
circuire, Et an fores clausæ sint aspi-
cere. Quod si quos silentium frangē-
tes inuenit in capitulo eos procla-
mare teneatur. si quis palam se se de

230 *Expositio regule fratrum*
prædictis accusauerit, poterit Præla-
tus (si sibi visum fuerit expedire) cū
eo dispensare, si autem à circatore,
vel alio fratre accusetur, pro prima
culpa panem & aquam ad terram co-
medat pro secunda pœna grauiscul-
pæ puniatur. Sub eisdem etiā pœ-
nis subeundis, præcipimus quod
nullus frater nocte tempore silentii
à sua cella egrediatur, nisi magna vr-
gente necessitate, vel naturali vel
alia, & tunc nullo modo exeat absq;
luce in laterna accensa sub prædi-
cta pœna, vt sic plurima quæ excon-
trario sequuntur, vitentur pericula
atquæ damna.

¶ *Numerus. 19. de modestia &
honestate fratrum.*

¶ *Vbiq; sermo eorū sit honestus & sine scā-
dalo, similiter et eorū omnia ætus, gestus, vita
actio, et omnia alia honesta in eis reperiātur.*

¶ *Istius Ordinis religiosorum talis
esse debet modestia, vt nihil fiat
quod*

Ordinis Sanctis. Trinit. 231

quod cuiusque offendat aspectum, *Aug.*
sed quod nostram deceat sanctita- *in Reg.*
tem, sermones proferamus libra ju-
stitiæ examinatos: vt sit grauitas in
sensu, in sermone pondus, atque in
verbis modus. Sit ingestu verecun-
dia, in motu simplicitas, in incessu
honestas, nihil dedecoris, nihil las-
ciuiæ, nihil petulantia, nihil insolē-
tia, nihil leuitatis in incessu appa-
reat. Animus enim in corporis ge-
stu apparet, & species corporis simu-
lacrum est mentis, figuraque probi-
tatis (secundum illud ecclesiastici)
ex visu cognoscitur vir & ab occur-
su faciei cognoscitur sensatus. Om-
nes ergo fratres nostri domi ac fo-
ris religiose incedāt, manibus habi-
tu inclusis & capite cooperto cū om-
nibus maximeq; cum clericis, & reli-
giosis alterius Ordinis humiliter &
modeste loquātur, & ipsis honorē &
reuerentiā, cū casus occurrerit, exhi-
beant, vt sibi ipsis titulos religionis

honestos & condecetes tribuant,
& odorem bonæ vitæ & famæ (quæ
religiosos decent) non amittant.

§. 2.

¶ Præterea quia confabulationes
inhonestas, & irreligiosas cum sæ-
cularibus omnino vitare volumus,
statuimus quod si tales sæculares
sint viri, habita licentia ianuam mo-
nasterij ingrediantur, & honestum
aliquem locum, ac omnibus patente
intrent ad loquendum, si vero fœmi-
næ sint & honestæ ad ianuam conuē-
tus patētem confabulari poterunt.
Et si grauis aliqua necessitas fratres
ē monasterio ad villam seu ciuitatē
exire compellat, non aliter fiat, quā
habita prius Ministri licentia, qui
cuique socium fratrem assignabit
ex quattuor, vel quinque antiquio-
ribus, & religiosioribus in domo cō-
morantibus. Qui postquam reuerſi
fuerint, Ministro se præsentabunt,
& genuflexo benedici postulabunt
dicentes benedicite. Ut sic constet

Mini-

Ministro de fratrum exitu, & redi-
tu, quod etiam cum hospitibus Mi-
nistri inuiolabiliter obseruabunt. Et
si in hoc negligentes fuerint, onera-
mus conscientiam patris prouincia-
lis, & visitorum, vt eos grauius pu-
niant.

¶ Vt autem amplius con fabulatio-
nes, inquietudines, non nulla que
alia in conuenientia vitentur, quæ
ex consortio sæcularium (experien-
tia docente) subsequuntur, inuio-
labiliter statuimus, & ordinamus,
quod nullus Minister ausus sit, ad no-
stras ecclesias, seu monasteria confu-
gientes recipere; tamen si pro vitan-
do aliquo magno periculo, aliquem
recipi contigerit, de consilio maio-
ris partis capituli fiat, qui vbi rece-
ptus fuerit, à fratribus visitari non
permittatur, neque cum eo quispiā
con fabuletur, nisi de Ministri licen-
tia, aut eius vicarij, quæ non nisi se-
nioribus concedatur: nequē aliquis

§. 3.

Vallis.

1555.

P 5

fugi-

fugitiuos armis offensiuis defendere nitatur, aut tentet, sed consilio tantum & monitionibus aut censuris, vt pote armis ecclesiasticis. Qui contra prædicta aliquid facere præsumpserit, quattuor diebus carceri mancipetur: Minister vero aut vicarius hæc consentientes, pœnam grauioris culpæ incurrant.

§. 4. ¶ In conuersatione nostrorum illud in vniuersū dici potest vt in omnibus externis actionibus appareat in nobis modestia & humilitas cōiūcta cū religiosa maturitate speciatim autē hæc obseruari præcipimus

§. 5. ¶ Omnes diligentissimè curēt portas sēsū suorū (oculorū præcipue aurū & linguæ) ab omni inordinatione custodirè, ac se in pace & vera humilitate interna conseruare, & eā in silentio cum id obseruandum est, cum autem loquendum, in circumspectione & ædificatione verborū sine vilo impatientiæ aut superbiæ signo

signo exhibere, in omnibus procurando atque optando potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tanquam sibi superiores ducendo, & exterius honorem ac reuerentiam, quam exigit cuiusque status cum simplicitate & moderatione religiosa exhibendo, atque ita fiat, vt se mutuo considerantes in deuotione crescant, deumq; Dominū nostrū laudent, quē quis que in alio vt in illius imagine agnoscere studeat.

¶ Omnes demissa voce, vt religiosos §. 6. decet, loquātur: nullusq; cū alio cōtendat: sed si qua in re nobis est diuersa sententia, eaque videtur manifestanda, rationes modeste & cū caritate afferantur eo animo, vt suus veritati sit locus, non vt in ea re superiores videantur. Caueant sibi omnes ab illo affectu quo aliæ de aliis nationibus aut prouinciis, aut ciuitatibus, aut domibus

fini.

sinistre sentire, aut loqui solēt: quin potius & bene sentiant, & peculiari affectu diuersos à sua natione, provincia, ciuitate, vel domo prosequantur in domino: ac proinde nemo bella, contentiones ve inter Christianos principes in colloquium inducat, vni ve parti magis quam alteri adhæreat aut verbis, vel signis erga vnam factionem se ostendat magis affectum. secus faciens grauitèr puniatur.

§. 7. ¶ Vt ea, quæ religiosos decet, grauitas & modestia retineatur, nemo alium etiam ioco tangat, præterquàm insignum caritatis amplexando, cū quis aut abit, aut redit peregre.

§. 8. ¶ Ingressuri egressuri ve domo tintinabulum nec vehemētius nec crebrius pulsēt, quàm par est. Nemo nisi in cōsuetā domus ianua egrediatur vel ingrediatur, nemo audeat ingredi aut egredi per ecclesiam. secus faciens grauitèr puniatur.

¶ Nul-

¶ Nullus frater caput huc illucque §. 9.
leuiter moueat, sed cum grauitate vbi opus erit, etsi opus non sit rectū teneatur, cum moderata inflexione in partem anteriorem, ad neutrum latus deflectendo. Oculos demissos vt plurimum teneant fratres, nec immoderate eos eleuando, neque in hanc aut illam partem circumspectando. Inter loquendum cum hominibus præsertim alicuius authoritatis non defigatur aspectus in eorū vultus, sed potius sub oculos. Rugæ in fronte, ac multo magis in naso euitentur vt serenitas exterius cernatur, quæ interioris sit iudiciū. Labia nec nimis compressa: nec nimium diducta, facies tota hilaritatē potius præferat quam tristitiam aut aliū minus moderatum affectum.

¶ Vestes sint mūdæ. Manus si non §. 10.
in sustinenda veste occupentur, decenter quiete que sub scapulario sint. Incessus sit moderatus sine notabili

tabili festinatione, (nisi necessitas vigeat) in qua tamen, quantum poterit, decoris ratio habeatur. Omnes denique gestus ac motus eiusmodi fiat, qui apud omnes ædificationem pariant.

20 Numerus. 20. De singularum domorum capitulis, & de pœnarum executione.

Tex. ¶ Capitulum (si fieri potest) singulis dominicis diebus in singulis domibus minister cum fratribus suis teneat. & de negotiis domus & domui siue fratribus datis ut ad redemptionem captiuorum tertia pars deputetur, fratres ministro, & minister fratribus ratione fideliter reddant, non solum fratribus sed & familie domus pro capacitate sua. Similiter singulis dominicis diebus (si fieri potest) exhortatio fiat, & quid credere aut agere debeant simpliciter moneatur. De omnibus rebus & clamoribus fratres in capitulo iudicentur. Nullus fratrum fratrem suum in publico accuset, nisi bene possit probare, qui autem hoc fecerit, pœnam

subeat,

subeat, quã reus subiret, si conuinci potuisset, nisi minister ex causa cum eo dispensare voluerit. Siquis scandalum, vel aliquid huiusmodi fecerit, vel (quod absit) se inuicem percussuerint, iuxta arbitrium ministri, maiori, vel minori vindictæ subiaceant. Si quis frater in fratre peccauerit, idem eo solo sciente, qui iniuriã passus est, sustineat patienter, licet sit innocens: & cum quiescerit commotio animorum, benigne ac fraterne commoneat & corripiat eum usque ter, inter se & ipsum solum, & penitentiam agere de commissis, & à similibus in posterum abstinere: quod si non audierit, dicat Ministro, & ille corripiat eum secretè, secundum quod viderit saluti eius expedire. qui vero scandalum mouit, si per se emendare voluerit, totum ante pedes scandalizati petens veniam se extendat, & si semel non sufficit, usque ter illud idem faciat. Si vero hoc in publicum venerit, quacumque sequutura fuerit pœnitentia, hæc sit prior (scilicet) ante pedes Ministri petendo veniam totius corporis extensione, & postea secundum eius arbitrium emendetur.

¶ Quia

§. 1. ¶ Quia (experientia teste) dominicis
Tala- diebus, propter solennitatem offi-
ner. an. ciorum & alia, capitulum commode
 1567. fieri non potest, statuimus & manda-
 mus, quod huiusmodi capitulū om-
 nibus feriis sextis post benedictā Mi-
 nistri cū fratribus suis habeant, nisi
 forte ipsa die aliquamagna occurrat
 solēnitas, tūc enim fiet in vigilia ip-
 sius solēnitatis. In quo capitulo con-
 gregatis omnibus (etiam hospiti-
 bus) nisi sint aliorum conuentuū
 Ministri, assumpto aliquo scripturæ
 loco proposito apto, minister fra-
 tres suos moncat, quod credere aut
 agere debeant, & quomodo ad diui-
 næ legis obseruantiam regulæ que
 & cōstitutionū procedere debeant.

§. 2. ¶ Facta exhortatione vt de omni-
 bus rebus & clamoribus fratres in
 capitulo iudicentur, Minister dicat,
 agamus de culpis, statim que soli no-
 uitij egrediantur: prius tamē ipsos
 poterit de negligentijs & culpis eo-
 rum,

rum, si visum ei fuerit reprehende-
 re, & corrigere, non tamen molestā-
 di erunt in aliquo pro defectibus
 seu negligentijs quas in principio
 statim cōmittunt. Egressis nouitijs
 ad iussum ministri, egrediantur simi-
 liter hospites si adfuerint, quos ta-
 men si sibi videbitur prius quā egre-
 diantur, arguere atque corripere
 poterit.

¶ Continuo egressis hospitibus
 & nouitijs, qui culpam cōmiserit,
 ante quam proclametur, veniam pe-
 tere debet, & humiliter genuflexo
 culpas suas confiteri, & se de defe-
 ctibus manifestis (nullus enim de
 occultis in capitulo se tenetur accu-
 sare) comisissis cōtra regulam con-
 stitutiones vel ordinationes, seu diffi-
 nitiones nostri sacri Ordinis accusa-
 re. Si vero qui culpam comisit, se ac-
 cusare neglexerit, à prælato vocetur,
 seu ab alijs illo antiquioribus ca-
 ritatiue proclametur. Mitius vero

¶ semper

semper agatur cum iis qui se sponte accusauerint, nam culpa leuior efficitur, quæ confessione voluntaria aperitur. Obseruandum tamen est, ne duo simul procedant ad petendum veniam, nisi ambo clamati, vel vocati fuerint, sed vno genuflectente & se ipsum accusante, cæteri sedeant, donec finierit.

§.4. ¶ In capitulo nisi duabus de causis non loquentur fratres (videlicet) culpas suas, vel aliorum dicentes, vel prælatis suis tantum ad interrogata respondentes. Nullus itē sedens loquatur cuiuscumque qualitatis sit & authoritatis, sed semper surgant, quando loqui, vel ad loquendum licentiam petierint vel petere voluerint, nec prælatus aliquem sedere iubeat ad loquendum, nisi sit magister in sacra theologia, vel alia persona grauis. Siquis autem sine licentia loquatur, vel
etiam

etiam licentia petita, & obtenta, modum excesserit, nisi ad iussum prælati statim omnino siluerit, à capitulo expellatur, à quo exire silenter, sine mora teneatur: quod si noluerit, disciplina ei statim imponatur, omnes namque ibi reuerenter se habere tenentur, cum iudicium capituli imago quædam iudicii diuini futuri sit.

¶ In proclamationibus autem culparum, hunc modum obseruari volumus. Proclamans detecto capite stans dicat: benedicite: & prælatus respōdeat, Dominus, statimquē proclamans nō exaggerans verba (ne eius accusatio sit accusabilis) dicat, Frater, vel pater. N. debet dicere suā culpam: & tūc ille qui proclamatus fuerit surgat, & si non recorder, subiungat proclamans, recorder frater, vel pater. N. quali die vel loco, tale quid dixit, vel fecit seu facere ommissit, tunc proclamatus

§.5.

Qa ge-

244 *Expositio regulæ fratrum*
genibus flexis humiliter dicat suam
culpam, vel modeste se excuset, cū
proposito cauendi de cætero. Si au-
tem proclamatus negauerit, vel se
excusauerit, proclamans non instet
nisi iussus, vel interrogatus à præla-
to: in proclamante enim caritas &
modestia apparere debet. Vterque
vero sermonem suū dirigat ad præ-
latum, nec mutuo loquantur, ne for-
te (quod absit) in capitulo conten-
tiones oriantur, & culpæ culpis ad-
dantur, ac locus correctionis fiat lo-
cus corruptionis. Caueat tamē pro-
clamatus, ne foris cum fratre se pro-
clamante contendat, sed se totum
ad emendationem disponat. Nullus
in capitulo de defectibus, qui ibi
manifestatur, audeat ridere, sed po-
tius compatiantur, & pro eis orent.
Nullus etiam alium, quia solummo-
do aliqua de eo audiuit proclamet,
nisi à quo audierit declaret, & ille
præsens in domo sit.

¶ Quo-

Ordinis Sanctis. Trinit. 245

¶ Quoniam legum adimpletio ex §. 6.
pœnarum executione maxime pen-
det (experientia hoc docente) præ-
cipimus omnibus prouincialibus &
Ministris quod pro culpis, de qui-
bus fratres cōfessi, vel conuicti fue-
rint, secundum hanc regulam, & sta-
tuta Ordinis pœnitentiā imponant,
ne pro libito pœnas infligant, sed
iuxta delicti qualitatem, & harum
seriem constitutionum eas exequan-
tur inuiolabiliter; si vero alicuius
culpa talis fuerit quæ correctione
indigeat & disciplina, se ad illā præ-
paret, & minister, vel eius locum te-
nens det illam. Iustitiam autem eius
qui præest, debet comitari discre-
tio, pietas, & mansuetudo. Qui vero
constitutionum pœnis non perpen-
sis delicta vel impunita abire per-
miserit, vel ad arbitrium suum cor-
rexerit, siue Minister cōuentualis, si-
ue prouincialis, pœna quæ reo erat
infigēda irremissibiliter puniatur.

Q 3

¶ In

246 *Expositio regule fratrum*

§.7.

¶ In pœnis grauioribus infligendis caueât omnino prælati ne aliquē nisi confessum, vel conuictum puniant: accusatus tamen à pluribus, ab vno de vno actu, à secundo de alio eiusdem speciei, talis non est conuictus, neque condemnari potest, nisi præter accusantem, seu denunciantem, ad minus duo testes idonei vocentur, poterit tamen, ad ueritatem fatendam arctari & torturæ pœnam subire. Caueant etiam fratres ne fratrem aliquem in publico accusent (maxime de grauioribus culpis) nisi bene possint probare, alias pœnam subeant quam reus subiret si conuinci potuisset, nisi Minister ex causa cum eis dispensare voluerit.

§.8.

¶ His expletis, vel si de particularibus culpis nihil occurrat dicendū ad iussum prælati omnes fratres genibus flexis humiliter & distincte veniam

Ordinis Sanctis. Trinit. 247

veniam petant, & dicant in hunc modum. Benedicite, pater dico meam culpam, quod maxime defeci in præceptis regulæ & constitutionū, præcipue in cantu, in recitandis horis, in obseruatione silentii, & in multis aliis præceptis & obedientiis mihi iniunctis, de quibus omnibus & aliis peto veniam a Deo & vobis: Minister vero sacerdotibus iniungat psalmum laudate Dominum omnes gentes, non sacerdotibus vero, pater noster & aue Maria, quæ statim sic genibus flexis dicant, postea vero surgant & sedeant.

§.9.

¶ Tandem in hoc capitulo, si opus fuerit, de negotiis domus, & de his quæ ad redemptionem captiuorū spectauerint, fratres Ministro & Minister fratribus (iuxta regulæ præceptum) rationē reddāt. Præsertim si ad eorū manus aliquæ notabiles elemosynæ peruenerūt, eas quæ & quātæ, & quæ, & a quibus datæ sint

Q 4

ibid.

248 *Expositio regula fratrum*

ibidem in capitulo coram omnibus declaretur & dicatur: vt ad Redemptionem captiuorum aliqua pars separetur, & vt huiusmodi personæ, à quibus, vel pro quibus datæ sunt, deuote fratribus cõmendentur. Minister vero legendo in constitutionibus dicat hæc præcisa verba.

§.10. ¶ *Multa sunt beneficia, (patres & fratres in Christo dilectissimi) quæ quotidie nobis à domino Deo per fideles suos misericorditer conferuntur, quibus viuimus, sustetamur, & recreamur: Vnde ne domino Deo, & benefactoribus nostris inueniamur ingrati, cõmendo sacrificijs & orationibus vestris summum Põtificem. N. Illustrissimum dominum Cardinalem protectorem nostrum Reuerendissimum Patrem Generalem, & omnes Ministros prouinciales, & conuentuales, priorifas, fratres, ac moniales totius Ordinis nostri: comendo etiam vobis Serenissimum*

Ordinis Sanctis. Trinit. 249

simum Regem nostrum. N. dominũ quoque huius dominij sub quo viuimus, ac omnes benefactores, amicos, confratres, & familiares istius prouinciæ. N. Et præcipue huius cõuētus, omnes itē habitatores istius ciuitatis, vel districti, maxime illum, vel illos, qui in præsentī capitulo recitatus fuit, vel recitati fuerūt. Multæ etiam sunt personæ, quæ in tribulationibus & angustijs positæ sepe rogant comendari vestris orationibus, habentes fiduciam & deuotionem in eis: illas igitur omnes & singulas secundum earum fidem vobis cõmendo. Præterea cõmendo sacrificijs & orationibus vestris, animas omnium fidelium defunctorum, in particulari vero, animas parentum nostrorum fratrum & sororum, ac amicorum Ordinis nostri, & benefactorum qui nobis annuales, vel quotidianas Elemosynas reliquerunt, vel pro quibus à suis no-

250. *Expositio regule fratrum*
 his collatae sunt, & conferuntur. In
 super cōmendo animam fratris. N.
 vel talis personæ qui his diebus è vi
 ra migravit Et si quæ essent obliga
 tiones, vel Elemosynæ datae pro ali
 quibus animabus, pro quibus non
 esset plenariè satisfactum, ob aliquã
 negligentiam, vel obliuionem, ego
 accepto eas ad participationē mis
 sarum, & omnium bonorum nostro
 rum, donec fuerit pro eis satisfactū
 coram Domino Deo: pro quibus om
 nibus, & alijs merito nominandis, tā
 viuis quam defunctis dicamus. Mini
 ster surgens dicat orationem. Retri
 buere dignare Domine Deus omni
 bus bona facientibus, propter no
 men tuum vitam æternam.

*Re. Amen. Et minister dicat. V. Adiutoriu
 nostrum etc. Re. Qui fecit celum etc. V. psal.
 laudate Dominū omnes gentes etc. Re. Quo
 niam confirmata est etc. Gloria patri etc.
 Sicut erat etc. V. Vias tuas Domine etc. Re.
 Et semitas tuas etc. V. Domine exaudi etc.*

Re. Et

Ordinis Sanctis. Trinit. 251

*Re. Et clamor meus etc. V. Dominus vobis
 cum Re. Et cum spiritu tuo etc.*

Oratio.

*¶ Actiones nostras quæsumus Do
 mine &c. Et conferens benedictio
 nem ibunt in nomine Domini.*

*¶ Numerus. 21. de capitulo
 generali.*

*¶ Generale capitulum semel in anno cele
 bretur quod fieri debet in octauis pentheco
 stes. Tex.*

*¶ Generale capitulum Semel in an
 no Minister generalis cum fratribus
 suis habebat quod nō in octauis pē
 tecostes (vt hic habetur) sed domi
 nica quarta post pascha (iuxta hu
 ius regulæ modificationē) debebat
 celebrari: sed temporum iniuria, &
 sumptuum grauitas videtur dispen
 sasse ad triēnium. In quo capitulo
 quolibet anno correctores maioris
 Ministri eligantur, qui vna cum ma
 iori Ministro, vel eius vicario, corri
 gendi*

*In. C.
 gen. sub
 Ber. an.
 1579.*

gendi & diffiniendi omnia que corrigenda, & diffinienda sunt in capitulo generali tempore ipsius capituli, etiam (si opus fuerit) visitatores constituendi in diuersis prouinciis & locum futuri capituli generalis assignandi, habeant potestatem.

§. 2. ¶ Ad generale capitulum singuli ex singulis prouinciis procuratores ad hoc in capitulis prouincialibus electi conuenire debent, quod si aliquo casu omnes prædicti ad capitulum non venerint, illi qui venerint, cum Reuerendissimo Generali capitulum celebrabunt, & omnia ad statum Ordinis pertinentia diffinient constituent & tractabunt.

§. 3. ¶ Nullus simplex frater ad generale capitulum accedat, nisi vocatus à maiori Ministro, vel missus à suo proprio ministro, vel aliquam iustā causam in ministrum suum prætenderit. Quam si in capitulo generali nō fuerit prosequutus, ad arbitrium
maioris

maioris ministri, & correctorum canonice puniatur.

¶ Numerus. 22. *De debitis contrahendis & causis ad iudicem deferendis.*

¶ Si pro necessitate domus debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in capitulo fratribus proponatur, et cum eorum fiat consilio et assensu. Ut sic et suspiciones, et murmura euitentur. Si quis quam de substantia domus violentiam fecerit, et ad iudicem oportuerit referri, non ante hoc fiat, quam caritative ille à fratribus primo post ab alijs vicinis similiter moneatur.

Tex.

¶ Minister non potest debitum contrahere, nec pecuniam communem mutuare, nisi prius id fratribus proposuerit, ut cum eorum fiat consilio & assensu: nec etiam potest bona conuentus alienare, vel ad censum obligare, nisi ultra consensum omnium fratrum adsit licētia patris prouincialis, qui contrarium fecerit & debitum

§. 1.

254 *Expositio regule fratrum*

bitum sine prædicto consilio et assensu contraxerit, aut domum debitis obnoxiam, seu pignoratam reliquerit, vel aliquid de bonis illius alienauerit, absque patris prouincialis licentia in scriptis obtenta, ab omni officio Ordinis per tres annos priuetur præcise. Et præter hoc si talis minister aliqua bona habuerit, de illis conuentui debitum soluat, vt definitum est in capitulo generali celebrato anno. 1429.

Numerus. 23. De electione Ministrorum & capitulis celebrandis.

¶ Electio Ministri per commune fratrum consilium fiat: nec eligatur secundum dignitatem generis, sed secundum vitam et meritum et sapientiam doctrinam. Ille vero qui eligit sacerdos sit vel clericus ordinibus aptus, Minister vero, siue maior siue minor sacerdos sit.

§. 1. ¶ Initio cum primum cepit sacer hic noster Ordo propagari, per solū vnum maiorem totius Ordinis Ministrum,

Ordinis Sanctis. Trinit. 255

strum, alios que minores singulorum conuentuum solitus erat gubernari: vnde in hac primitiua regula ab Innocentio tertio primo instituta solum fit mentio maioris & minoris Ministri, per quos religio nostra tunc moderabatur; postquam vero augeri cepit, per tot prouincias dilatari, per tot que domos multiplicari maiores nostri (ietero consilium secuti) ne maior Minister vniuersa iudicaret negotia, alios Ministros prouinciales & conuentuales eligi statuerunt; qui minora iudicantes, maiora ad superioris deferrent tribunal, de quibus etiam in regula modificata fit mentio numero secundo, & numero vigesimo primo præcedenti. Vt autem horum omnium prælatorum electiones & capitula dilucide & distincte tractentur, primo de maioris & generalis Ministri electione; secundo

Exodi. 18.

secundo de prouincialium capitulis & tandem de Ministris & eorum electionibus agendum erit.

§. 2.
De electione
generis
Ministri.

¶ *Ministri generalis electio ad omnes Ordinis ministros ex consuetudine & traditione pertinet: ut patet in chronica in electione omnium generalium. Ex quo a fortiori fit, omnes Ministros cuiuscumque conuentus etiam minimi (qui propter penuriam vocalium eligere non potest) vocem debere habere in electione Ministri prouincialis & diffinitorum.*

§. 3.
De electione
Ministri
Prouincialis.

¶ *Statuimus quod ad domum (ad quam fuerit destinatum capitulum prouinciale) conueniant pater prouincialis, & patres qui prouinciales fuerunt, etiam si non sint graduati, (nam semper debent prestare suffragium pro patre prouinciali eligendo, & ab omnibus in capitulo consulti,) conueniant que Magistri, & Ministri & presentati, & predicatores pro-*

prouinciæ ut vocales capituli, conueniantque procuratores domorum & alii omnes qui habent negotia in capitulo, & licenciam ut ad illud venire possint. Monasterium vero in quo est statutum capitulum, intrare debent post prandium Vigilia Vigiliæ dominicæ quartæ post pascha Resurrectionis: in qua pro introitu maioris missæ, dicitur Cantate. *Minister domus supradictæ mundatas, & præparatas debet habere cellas, secundum domus dispositionem, in cellis, refectorio, ac capitulo sint scriptæ sessions modo sequenti.*

¶ *Sessions in capitulo prouinciali.*

Pater Minister prouincialis.

¶ *Primus diffinitor. ¶ Secundus diffinitor.*
¶ *Tertius diffinitor. ¶ Quartus diffinitor.*

¶ *De inde patres qui fuerunt prouinciales in illa prouincia ex vtra-*

R que

que parte chori, postea quatuor Ministri antiquiorum domorum, mox patres magistri, alii vero Ministri se deant seruata antiquitate suarum domorum, sicut continetur in fine chronicae Ordinis in hoc libro: demum praesentati in vtraque parte diuisi, postea praedicatores prouinciae, tandem procuratores.

§.4.

¶ Reuerendus pater prouincialis (cuius officium in illo capitulo finem accipere debet) vel praeses (si mortuus iam fuerit, vel absens) prouideat de necessariis pro capitulo celebrando ex pecuniis prouinciae (si habet) sin vero soluet procurator vnus cuiusque domus quod visum fuerit pro expensis ad arbitrium diffrinitorum.

§.5.

¶ Statuimus praeterea quod qualibet domus nostri Ordinis sabbatho dominicae in Albis immediato ante capitulum procuratorem eligat, quem nomine conuentus ad tractanda

tractanda negotia domus ad capitulum prouinciale mittat. Et ille procurator sit, qui per plures voces seu vota secreta schedularum fratrum sacerdotum seu sacris ordinibus initiatorum a maiori parte electus fuerit, & ex quatuor antiquioribus assumptus, vel theologus praedicator, & ad capitulum decretum seu testimonium suae electionis, ac plenariae facultatis a conuentu sibi datae & concessae scrutatoribus subscriptum ferat, ut patet in formulario. Qui vnus domus electus fuerit procurator, pro capitulo immediate sequenti in eadem domo aut in alia prohibemus, ne eligi possit. Inhibemus vero cuilibet Ministro, ne villo modo electioni huiusmodi directe, neque indirecte se ingerat: haec enim electio ad vicarium & conuentuales spectat. Scrutatores huius electionis, erunt vicarius conuentus & aliquis graduatus vel si non sit, theologus praedicator

*De electione**procuratoris.**104. g.**an. 129*

260 *Expositio regule fratrum*
tertius vero erit antiquior profes-
sione ex numero eligentium. Mini-
ster contrarium faciens ab officio
deponatur. Statuimus etiam quod
præfatus procurator a reuerendo
patre prouinciali, & diffinitoribus
capituli de regimine monasterii au-
diatur an bene, vel male regatur
pro vtraque parte vt æquum est,
viam iustitiæ exequendo omni ti-
more acceptione, amicitia, odio &
cæteris similibus sublatis. Numerū
omnium fratrum sui conuentus ad
capitulū prouinciale procurator fe-
rat, & an domus sine debitis sit. De-
claramus quod qui fuit, vel ad præ-
sens vicarius fuerit, in procurato-
rem ad capitulum prouinciale eligi
non valeat nisi post sex menses à de-
finitione sui officii: neque etiam
possit fieri procurator, qui non sex
mensium spatio in tali domo conuē-
tialis extiterit. Præter ea quæ dicta
sunt summa diligentia negotia fra-
trum

Ordinis Sanctis. Trinit. 261
trum tractet, & procuret. Accusatio
vnius tantum ad capitulum non mit-
tatur, sed si plures vnum accusaue-
rint, procurator ferat in scriptis nu-
merū & nomina accusantium, alias
non admittatur.

¶ Item statuimus & ordinamus §.6.
quod procurator ferat ad capitulū
in scriptis & cum subscriptionibus
vicarii & depositariorum & fratrum
à consiliis, quo in statu Minister an-
tecedens (tā circa tēporalia quā spi-
ritualia) domum reliquerit: quo ve-
ro in statu qui ad præsens Minister
est, domum retineat, an etiam sit do-
mus debitis onerata, nec ne. Quod
si fuerit quærat, num de licentia
patris prouincialis fuerit an non, &
quæ quantitas sit, & ad quid fuerit
pignorata, si ædificia incæpta incre-
mentum suscipiant, vel aliqua de-
nuo struatur. Item & rationem ad ca-
pitulum feret de frumento vino, &
oleo, & aliis ad prouisionem domus
R 3 neces-

462 *Expositio regule fratrum*

necessariis. Fides vero & testimonium quod de his attulit ad capitulum patri prouinciali detur, vt dum quacumque domum visitauerit, examinari possit an tale testimonium verum sit, quod si non fuerit, poena grauioris culpae puniat culpatum. Petitiō nulla offeratur in capitulo nisi a conuentu fuerit approbata.

§. 7. ¶ Postquam intrauerint fratres *R. Ga.* domum capituli statim confiteantur & celebrent, qui tamen indispositi fuerint ad celebrandum confiteantur & communicent: & *ge.* cantetur solenniter missa de spiritu sancto qua finita omnes capitulum ingredientur, & habita ibi contione seu collatione ad fratres (ab illo cui in praeterito capitulo iniunctum est) latino sermone: praeses proponat vt eligant talem personam, quae saluti, & comodo animarum prospiciat, qui conseruare sciat honorem,

Ordinis Sanctis. Trinit. 263

rem, & obseruantiam Ordinis. *Mo-Talaa.* neat omnes nequispiam excom- 1570. municatus, vel carens voce, ibi adsit: & si quis habens occultum aliquem defectum qui electionem impedire possit inueniatur, praecipatur a capitulo exire, & protestetur hac de causa nullum in commodum electioni obuenire. Et post hoc cantabunt prostrati super sedes psalmum, ad te leuauit, quo finito dicitur chirie eleison christe eleison, chirie eleison, pater noster in silentio, postea surgat qui proposuit, caeteris vero flexis genibus, & dicat. *ψ. Et ne nos inducas in tentationem R. Sed libera nos a malo. ψ. fiat Pax in uirtute tua. R. Et abundantia in turribus tuis. ψ. Ostende nobis domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis, ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum R. Et cum spiritu tuo.*

R 4 Oro

Oratio.

¶ Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere & de eius semper consolatione gaudere. Per Christum dominum nostrum. R. amen.

¶ Deinde omnes surgent, & ad electionem prouincialis (modo infra scripto) procedant, & dum electio fit dicantur septem psalmi pœnitentiales cum litania & canticum graduum, & repetatur toties quoties fuerit necessarium.

.S.8.

¶ Cupientes (iuxta canonicas sanctiones ac regularia statuta) electiones omnino dirigi: matura intimaque consideratione infra scripta stabilientes ordinamus ac statuimus primum omnium precipientes, Ministrum prouincialem (secundum canonicam formam) eligi a maiori parte ultramedietatem omnium eligentium per scrutinium, electio ve-

ro

ro ad illos tantum pertineat electores, qui per seipso præsentibus electioni adfuerint.

¶ In electione patris prouincialis volumus, ita liberas electiones libera etiam esse suffragia eligentiũ (iuxta formam & decretum sacrosancti concilii Tridentini) adeo ut si quis ex subornatione conuincetur facta eligentibus terroribus, blãditis, minis, promissionibus prouincialis hoc pacto electus à superiori proutur, fratres vero sic corrupti, carebũt actiua, & passiua voce toto triennio, et tunc reuerendissimus pater noster generalis prouidebit de prouinciali.

S.9.

3. cõst.

Ber. 9.

¶ Præterea sancimus inuiolabiliter, ut nullus frater nostri Ordinis possit gaudere voce actiua et passiua (idquẽ perpetuis temporibus tenendum) cui à Dominis inquisitoribus prudentissimis vigilantissimis quẽ sancti officii imposita fue-

S.10.

Cõst.19

B.gen.

R 5

rit

rit pœnitētia subeunda publica, vel priuata etiam in domibus nostris regularibus, & hoc tā in capitulo prouinciali, quam particulari domorū nostrarum regularium. Minister vero prouincialis, qui tales scienter admiserit, ipso facto sit priuatus ab officio. Nullusquē in Ministerium prouinciale eligatur, nisi graduatus fuerit, vel theologus prædicator, & nisi ita laudabiliter in Ministeriis præteritis se exercuerit, vt de illo in gubernatione prouinciæ possit spes haberi.

§. 11. *à Sixto §. motu proprio anno. 1589.* ¶ Item ad tollendas circulares electiones, nullus in Ministerium prouinciale eligatur ante sex annos à defunctione sui officij prouincialis, electio secus facta nulla sit.

§. 12. ¶ Cum poscat rationis æquitas in iuncti officij rationem reddere, illud etiam omni tempore acceptione, odio, amicitia, cæterisque similibus sublatis exequi districtè mandamus:

damus, quod postquam reuerendus pater prouincialis Sabbatho ante dominicam quartam post Pascha, (vt moris est) sui officij finierit triennium, pro illo tunc diffinitoris non fungatur officio, neque ad id eligi in eodem capitulo posse decernimus. De omnibus excessibus, quibus pater prouincialis suo triennio notatus fuerit, in capitulo prouinciali proclametur, & ibi ante eius solutionem à diffinitoribus, secundum nostrarum seriem constitutionum corrigatur, & emendetur: in posterum tamen, nempe finito capitulo, non detur locus accusatoribus, sed illis in perpetuum silere præcipiatur: ab omnibus à quibus, in capitulo non fuerit proclamatus, & accusatus, illum liberum absoluiamus.

¶ Statuimus etiā quod quattuor diffinitores capituli prouincialis sint. *De elect.* Qui

§. 13.

Etione diffinitorum. Qui plures voces, seu suffragia secreta schedularū habuerint. Atque vt omnis suspitio & fraus vitetur, quilibet electorum in schedula nomen, illius qui eligitur, scribat, & vnus post alium eligatur, & primo electus erit primus diffinitor, qui etiam primam vocem & sessionem obtinebit, secundo electus, secundus diffinitor, & vsque ad quartum. ex vnā met domo duo filii diffinitores non eligantur sed ex singulis domibus singuli sint diffinitores (quos volumus eligi ex toto corpore capituli) ita tamē quod omnes quattuor esse possint vel ex Ministris, aut omnes ex magistris, vel ex aliis præsentatis, vel vnus seu plures ex omnibus sumpti indiscriminatim, dummodo sint duo graduati: & qui diffinitores vnus capituli fuerint, in immediate sequenti minime eligi posse mandamus. Nec diffinitores volumus auctoritatem extra tempus ipsius

Ex consensu omnium aucth. apostolica. rob. anno. 1586.

ipsius met existentis capituli habere, extendi, seu durare,

¶ Post diffinitorum electionem generalis prouinciæ procurator à toto eligatur capitulo: qui de negotijs agat prouinciæ apud diffinitores, an bene seruatae, an violatae fuerint constitutiones à patre prouinciali præterito. Quod si in sequenti triennio capitulum Ministri generalis, aut eius Vicarij celebretur, tunc suæ prouinciæ nomine suffragium præstet, tunc etiam eiusdem tractet negotia.

¶ Patre prouinciali mortuo, vel ammoto, sigillum prouinciæ tradetur prouinciali immediate præcedenti (qui Vicarius prouincialis nūcupetur) vsque ad capitulum immediate futurum. Dum tamen à capitulo in quo suum finiuit officium, non fuerit ei iniuncta pœnitentia grauioris culpæ, nam tunc sigillum prouinciæ tradetur prouinciali qui eū quoque

§. 14.

§. 15.

Ex consensu omnium aucth. apost. rob. anno. 1586.

270 *Expositio Regule fratrum*
quoque immediate precessit, si in
capitulo in quo suum finiuit officiū
pœnitentia similis ei nō fuerit iniū-
cta: at si nullus prouincialis præce-
dens reperiat̄ sine huiusmodi de-
fectibus, sigillum prouinciæ primo
diffinitori tradatur, & si ille defun-
ctus fuerit secūdo & sic de alijs. Qui
quidem debet celebrare prouincia-
le capitulū dominica in Cantate im-
mediate sequēti, si prouincialis mor-
tuus fuerit quinquaginta diebus an-
te eādē Dominicā in Cātate. Quod
si secus fecerit, absque vlla conuoca-
tione eligentes confluent ad domū
capitulo decretam; vbi qui adfue-
rint, prouincialem eligant: & rigide
puniant præfidentem capitulo cele-
brando repugnātem. Quod si infra
quinquaginta dierū terminum pro-
uincialis obierit (quia tēporis angu-
stia rebus necessariis ad capitulū pa-
randis est insufficiens) capitulū pro-
trahatur ad Dominicā in Cātate an-
ni

Ordinis Sanctis, Trinit. 271
ni immediate sequētis, & vltra hūc
terminū nullo modo possit differri.
verū electores absque cōuocatione
ad capitulū cōgregentur, ac si essent
vocati, & modo supradictō prouin-
cialē eligant, & celebrent capitulū.
In quo qui sigillū habuerit prouin-
ciæ, præfidebit, vt dictū est. Verū ad-
uertere diligenter oportet, hæc om-
nia intelligi debere, dū prouincialis
mors non cōtingat eo anno quo ca-
pitulū erat celebrādū, ad quod quia
iam omnia necessaria parata erunt,
nullo modo protrahi poterit, etiā si
prouincialis moriatur paucissimis
diebus ante diē capituli constitutū.
¶ Reuerēdus pater prouincialis de §. 16.
nuo electus maxima cū diligētia cu- 4. Cōst.
ret, vt intra sex mēses à die suæ ele- Ber. ge.
ctionis cōfirmationē suæ canonice
electionis à Reuerēdissimo nostro
patre generali obtineat, dum tamē
legitima impedimēta nō adsint, cō-
trariū faciēs in capitulo sequēti gra-
uiter puniatur, ¶ Cū

§.17. ¶ Cum ex electione scrutatorum sæpe eligendus cognoscatur (ne au-
deant eligentes in alium declinare)
ordinamus vt deinceps scrutatores
cuiuscumque electionis prouincia-
lis diffinitorum & procuratoris pro-
uinciæ sint Minister antiquioris do-
mus, qui in capitulo præfens fuerit
seruata antiquitate quæ in libro
prouintiæ defensione domorum ha-
betur, & in illo capitulo debet præsi-
dere, & etiam alii duo *Ministri*
ex graduatis antiquiores antiquita-
te à die professionis enumerata, dū
modo in Ordine semper perstite-
rint. Ab his juramētum minime exi-
gatur, neque ipsi ab eligentibus re-
quirant super electionem dignioris
cum ex natura rei & sui officii tam
scrutatores, quam eligentes suffra-
gium præstare cui conscientia dicta
uerit, teneantur. Scrutatores suum
exequantur officium, vt dictum
est.

In

¶ In electione per scrutinium fa- §.18.
cta præcipimus vniuersis fratribus
vt infra scripta forma deinceps ser-
uetur, & si secus facta fuerit irrita sit
electio & inanis. Singuli electores
in schedula scribāt, vel scribi faciāt
nomen electi, eligentis vero nomē
numquam scribatur, nec scrutato-
ribus, nec confirmatori electionis
vnquam reueletur: quæ schedulæ
inuolutæ, ab electoribus, coram tri-
bus scrutatoribus, ad mensam se-
dentibus in urnam, aut capsulam di-
mittantur, nihil aliud scrutatoribus
aspicientibus, nisi quod vna tantū
ab vno exhibeatur. Postquam vero
omnes acceperint, in cōmuni effun-
dant, & legant, & facta collatione
numeri ad numerum vbi inuene-
rint, quod aliquis extra collegium,
& numerum eligentiū existens fue-
rit electus à maiori parte ultra me-
dietatem omnium eligentium, eius
electio rata & legitima habeatur. Si

S

vero

274 *Expositio regula fratrum*

vero de numero eligētium quispiā electus fuerit, vt eius electio rata & legitima habeatur, duo vota vltra medietatem adesse oportet, ne fraudi locus adsit & ne possit aliquis se ipsum eligere. Habito schedularum numero, & collatione facta numeri ad numerum, schedulæ omnes in conspectu præsentium electorum cōburantur: Deinde in medium capituli venientes scrutatores nomina publicent eorum qui fuerunt electi, exprimentes suffragiorū numerum, quæ vnusquisque habuit, quod & faciendum est, licet nullus fuerit à maiori parte vltra medietatem electus vt ad secundum scrutinium possint dirigi electores. Cum autem exierit electus, decretum electionis formetur ab eo, qui inter scrutatores primus fuit, quāuis electo votum, seu suffragium suum nō contulerit per hæc verba

§. 19. ¶ Ego frater. N. vocē præsentium electo.

Ordinis Sanctis. Trinie. 275

electorum, eligo fratrem. N. in Ministrum talis conuentus. N. vel in Ministrum prouincialem talis prouinciæ (si prouincialis eligitur) si vero non omnes consenserint, dicat. Ego frater, N. prome & his, qui mecum cōsenserunt, eligo in Ministrū conuentus, N. fratrem. N. similiter in electione Ministri prouincialis hoc idem obseruandum est. Si tamē primus scrutator electus fuerit, secundus scrutator in publicando scrutinio, & formando decreto succedat. Et ea solū, quæ in capitulo publicantur, indecreto electionis ad confirmatorem mittendo, scribenda sunt. ¶ Quod decretum subscriptis nominibus scrutatorum clausum, & sigillo munitum ad confirmatorem transmittatur. Quem sic electum si dignum inuenerit confirmari, de fratrum consilio non differat, nisi (iuxta æquitatem) iusta subsit causa. Electus, & non confirmatus

ad nullum iudicem extra Ordinem recurret, etiam prætextu grauaminis sibi facti. Quod si oppositum fecerit, ad omnem administrationem Ordinis inhabilem reddimus, quo usque per capitulū prouinciale fuerit cum eo dispensatum: quæ dispensatio ante tres annos non fiat.

S. 19. ¶ Statuimus præterea quod postquam pater prouincialis & diffinitores electi fuerint, duo Ministri ex antiquioribus, & honoratioribus illos ad suas sedes adducant: & postea in capitulo genuflexi cantabunt capitulares omnes in tono ps. *Leuani oculos meos. &c. quo finito, Chyrie eleyson, Christe eleyson, Chyrie eleyson. Pater noster.* Minister antiquioris domus dicet, *Vers. Et ne nos &c. R. Sed libera nos &c.* *Vers. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Resp. Ex hoc nunc, & usque in seculum. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vo bis cum. Resp. Et*

cum

eum spiritu tuo.

Oratio.

¶ Famulum tuum prouincialem nostrum, quæsumus domine, tua semper protectione custodi, vt libera tibi mente deseruiat, & te protegente à malis omnibus sit securus. & nos famulos tuos, & Ordinem istū ab omni aduersitate custodi, per Christum dominum nostrum. *Resp. Amen.*

¶ Sacrista debet habere paratam crucem cum acolytis, & thuribulario, & superpelliceum, & cappam preciosiorem, quibus indutus Minister antiquioris domus exeat processionaliter ad ecclesiam, & cantor incipiat hymnum. Te Deum laudamus, & prosequatur ab omnibus usque ad finem. Debet quoque Sacrista paratum habere tapetem, vbi pater prouincialis genuflectat, & etiam sellam paratam habeat.

¶ Finito hymno dicet, qui indutus est cap-

278 *Expositio regule fratrum*
pa Chyrie eleyson, Christe eleyson, Chyrie eley
son, Pater noster, totum in silencio: & proster
nent se fratres vsque ad genua, postea dicat,
Et ne nos, &c. Resp. Sed libera nos, &c.
Vers. Confirma hoc Deus, quod operatus es in
nobis. Resp. A templo sancto tuo quod est in
Hierusalem. Vers. Exurgat Deus, & disti
penter inimici eius. Resp. Et fugiant, qui ode
vunt eum a facie eius. Vers. Saluum fac ser
vum tuum domine. Resp. Deus meus speran
tem in te. Vers. Mitte ei domine auxilium
de sancto. Resp. Et de Sion tuere eum. Vers.
Esto ei domine turris fortitudinis. Resp. A
facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus
in eo. Resp. Et filius iniquitatis non apponat
nocere ei. Vers. Benedicamus patrem, & fi
lium cum sancto spiritu. Resp. Laudemus,
& super exaltemus eum in secula. Vers. Do
mine exaudi orationem meam. Resp. Et cla
mor meus ad te veniat. Vers. Dominus vo
biscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

¶ Omnipotens sempiternae Deus,
 miserere famulo tuo Provinciali no
 stro

Ordinis Sanctis. Trinit. 279
 stro, & dirige eum secundum tuam
 clementiam in viam salutis aeternae,
 ut te donante tibi placita cupiat, &
 tota virtute perficiat, & nos famu
 los tuos ab omni aduersitate custo
 di, per Christum dominum nostrum.
 Resp. Amen.

¶ Dicta oratione, qui eam dicit, §. 20.
 sedeat in sella, & petat obedientiam, §. const.
 & iuramentum loco reuerendissimi Ber. g.
 patris nostri generalis a provincia
 li electo in hunc modum:

¶ Promittit paternitas tua quod Malag.
 erit obediens summo pontifici, ac re 1518.
 uerendissimo patri nostro generali si Vallis.
 delis, & quod per te, neque per costi 1555.
 tutiones tuas, neque per alios curabis
 te perpetuare in officio provinciali
 latus, sed triennio peracto relinques
 liberam electionem, sicut factum est.

¶ Ipse autem reuerendus pater pro
 vincialis genu flexus coram eo di
 cat, promitto, tunc ille vice reueren
 dissimi patris nostri generalis per

S 4 istos

280 *Expositio regulae fratrum*
 istos sexmenses te confirmo in offi-
 cio provincialatus istius provinciae
 intra quos debes à sua reuerendis-
 sima paternitate afferre confirma-
 tionem. & hoc iuramentum mitte-
 tur Reuerendissimo patri nostro
 generali cum actibus electionis apa-
 tre provinciali, quando petit con-
 firmationem. Post hoc pater pro-
 vincialis sedeat in sella, & publice
 dent illi obedientiam omnes capitu-
 lares nomine provinciae. Tradatur
 que illi liber constitutionum & sigil-
 lum provinciae. Et postea ingrediā-
 tur domum dicentes. *Psalmum laudate*
dominum omnes gentes cum pater noster: vi-
carius capituli dicet. Vers. Et ne nos indu-
cas in tentationem. Res. sed libera nos à malo
Vers. Saluos fac seruos tuos. Res. Deus meus
sperantes in te. Vers. Mitte eis domine auxi-
lium de sancto. Res. Et de Sion tuere eos.
Vers. Domine exaudi orationem meam. Res.
Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus
vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Ora-

Ordinis Sanctis. Trinit. 281

Oratio.

¶ *Actiones nostras, &c.* Deinde
 hora competenti ibunt ad refectori-
 um, & ante prandium in locū qui
 dicitur de profundis, à Vicario capi-
 tuli referantur obitus fratrum post
 procedens capitulum defunctorū
 in communi, & fiat pro eis commu-
 nis absolutio. Dicendo *Psal. de pro-*
fundis, Chyrie eleyson, Chyrie
eleyson, Chyrie eleyson. Pater no-
ster. Cum versu à porta inferi: & ora-
tione, Absolue. Post prandium in re-
 fectorio ab ipso met Vicario capitu-
 li legatur tabula officiorum termo-
 num etiam, & post hoc dentur con-
 clusiones, & collocentur in loco, in
 quo ab omnibus legi & videri pos-
 sint.

¶ Post exitum refectorii pater pro-
 vincialis assignabit diffinitoribus,
 locum, & horam, qua debent in diffi-
 nitorio conuenire: signabitque fra-
 trem, qui sit diffinitorio à secretis

S. 21.

L S 5 qui

qui ibidem, quæ necessaria fuerint, scribet. Notabit etiam aliquem fratrem pro ianua diffinitorii. Diffinitores vero sic congregati literas legant, si legendæ sunt, & eis suo tempore respondeatur, si debeatur eis responsum. Perlectis autem literis, si qui sine licentia ad capitulum venerint, primo eorum culpæ audiatur, & pœnitentia iniuncta excludatur. Ut autem modus in exeundo seruetur, nullus sine licentia exeat, & necessitate urgente: egressus autem non discurrat, sed completa necessitate citius domum reuertatur. Post modum visitationem (si videnda sit) videant diffinitores, & corrigant, quæ corrigenda sunt, & caritatiue puniant delicta. Vocentur etiam domorum procuratores suo ordine, & petitiones eorum inspiciantur, & domorum status. Aduertendum autem maxime est, quod nulla petitio debet offerri diffinitorio,

torio, nisi à conuentu, pro quo petitur, fuerit approbata, & si talis sit, prouideatur de necessarijs, sicut cuiusque domus, exposcit necessitas, & petitiones exposcunt. Diligenterque diffinitores studeant omnium fratrum cōsolationem. Conuentus vero, qui accusationes mittit ad capitulum, scribat numerum, & nomina accusantium, & an sint oculati, an vero sic audierint. Accusatio autem vnus ad capitulum non mittatur. Tenentur diffinitores curare, vt istæ omnes sanctiones in integrum obseruentur. Si quis vero illis contraierit, vel aliquo tēpore quampiam fregerit, ab illis seuerè puniatur, etiam si provincialis fuerit; & de omnibus clamoribus, & iniurijs audiant fratres: & in omnibus vna cum Reuerendo Patre Prouinciali prouidebunt, quidquid bono, & vtilitati Ordinis, animarum que saluti visum fuerit expedire. Si quis processus, vel visita
à pa-

284 *Expositio regulae fratrum*

a patre prouinciali ad capitulum est allata, pronuntiata sententia comburatur statim, & fiet prout in §. de visitatione latius habetur.

§. 22. ¶ Item quo institutiones visitorū pro libito omnino tollamus, ordinamus, ac volumus, quod in capitulo prouinciali duo visitatores instituātur, quibus visitationes ordinariae, vel extra ordinariae quas Minister prouincialis exequi, vel personaliter facere non valuerit, committantur. Et ut visitae rectius peragantur, in hibemus fratrem aliquē posse visitari extra domum suę assignationis, neque extra ipsius visitae tempus.

§. 23. ¶ Et quia prouincię exiguae sunt, & non nimis latae statuimus quod nullus prouincialis instituat vicarium prouincialem, nisi cum ipse à prouincia discesserit.

§. 24. ¶ Oneramus conscientias patris prouincialis & diffinitorū, ad quos perti-

Ordinis Sancti. Trinit. 285

pertinet visitatores & examinatores, tam studentium, quam ordinandorum, confessorum in super & praedicatorū instituere, vt personas eligant, & nominent, de quibus fiduciam habeant, quod suum officium secundum deum & seriem istarum constitutionum excercebunt.

¶ Prohibemus autem, & districte mandamus, ne Minister prouincialis patribus diffinitoribus, aut patres diffinitores Ministris prouincialibus suis diffinitionibus praediudicium aliquod audeāt inferre. quod si intentauerint, in capitulo proxime futuro grauitur puniantur.

Finitis omnibus, patres diffinitores rationem petant de pecuniis prouincię, si sint, a patre prouinciali praeterito, etiam de sumptibus capituli, vt distributio ab illis per domos fiat, si forte facienda est. Et in libro prouincię scribantur haec omnia.

¶ Post

§. 25.

§. 26.

§. 27. ¶ Post modum pridie ante capituli dissolutionem vnus ex diffinitoribus breuiter coram omnibus status domorum referat. Et qui à secretis fuerit legat sententias, si legendæ sunt. Diffinitiones illius capituli, & quidquid deinde (Spiritu Sancto donante) capitulum ordinauerit, omnes vnanimiter, & deuote suscipiant; nullus murmuret, nullus reclamet, nullus contradicat.

§. 28. ¶ Volumus in super, & ordinamus quod in magno aliquo libro, qui in domo, in qua capitulum est celebratum haberi debet, scribantur, quæ in eo capitulo sancita fuerint: quis ad prouincialatus officium eo triennio fuerit assumptus, qui etiam in diffinitores fuere creati. Scribantur quoque eius capituli acta, & officiorum tabula, qui in prædicatores, & lectores fuerint assignati; quorum assignatio (durante capitulo

tulo) ad diffinitores spectat, illo vero dissoluto, ad patrem prouincialem. In vno quoque conuentu sit liber, in quo omnia quæ in capitulo facta sunt scribantur, & ea omnia, quæ dum domum visitauerit pater prouincialis, ei visa fuerint, seu visitatoribus loco eius subrogatis.

¶ His ita finitis altera die, quæ erit §. 29. feria quarta, vel quinta post dominicam in Cantate, vel postea, vel ante) vt patri prouinciali, vel diffinitoribus capituli bene visum fuerit) legatur tabula officiorum profuturo capitulo, & locus, in quo fuerit celebrandum assignetur. Et facto capitulo, in fine ipsius generalis seu communis fiat confessio culparum, & pater prouincialis faciet absolutionem hoc modo. Si tenemini aliquo vinculo &c. vthabetur in formulario. Illud quoque est aduertendum, ad diffinitores spectare electionem, tã visitatorũ, & examinatorũ,
cant

288 *Expositio regula fratrum*
tam studentium, quam confessorum
& ordinandorum.

*De ele-
ctione
Minis-
trorum.
§.30.*

¶ *Nec eligatur secundum dignitatem gene-
ris, sed secundum vitæ meritum, & sapien-
tiæ doctrinam.*

¶ Volumus etiam & ordinamus
quod omnia quæ dicta sunt, concer-
nentia, & conuenientia ad electio-
nem patris prouincialis intelligen-
tur concernere, & conuenire ele-
ctionibus Ministrorū cuiuscūq; do-
mus. Scrutatores in electione erūt
Vicarius eiusdem conuentus, vnus
graduatus vel in eius absentia theo-
logus prædicator, tertius vero erit
alter frater qui primitus in Ordine
professionem fecit seruatis omni-
bus quæ dicta sunt de scrutatoribus
in electione patris prouincialis.

§. 31. ¶ Domus quæ duodenarium, vel
denarium numerum fratrum cum
Ministro & prædicatore seu lecto-
re, & senarium, vel quinarium nu-
merum vocalium pro canonica ele-
ctione

Ordinis Sanctis. Trinit. 289

ctione nunc habentes conuentua-
les sint & electionem canonicam,
nunc & in perpetuum habeant, po-
tiantur & gaudeant. Si vero prædi-
ctus numerus minuatur, minister
prouincialis & conuentualis operā-
dent efficacem, vt numerus ille re-
paretur. Domibus vero prædictum
numerum non habentibus (quāuis
prælati ministri nominentur vt in
regula præcipitur) pater prouincia-
lis de consilio definitorum (si in ca-
pitulo vacauerint) de Ministro pro-
uidebit: extra vero de consilio pa-
trum a consiliis. Cum vero ad præ-
dictum peruenerint numerum, quæ
commode alere possint, in capitu-
lo prouinciali pro conuentualibus
admittantur, & electio canonica eis
concedatur.

¶ Vt autem electiones omni careāt
suspensione, statuimus quod nullus
vicarius seu præses ad conuentum
in quo instat electio, mittatur: nisi

T in

in casu magnæ dissensionis: vel quâdo est conuentus adeo destitutus, quod nullus sit qui possit electionē dirigere: nihilominus sic missus voce passiuâ in ea electione careat, Irritum decernentes quicquid secus factum fuerit. Neque etiam ante electiones quascumque mittatur is, quem superior in tali conuentu cupit, vt eligatur. Declaramus præterea Ministros cū officia finierint, voce carere electiua in electione Ministri futuri illius conuentus in quo Ministri finierunt officium nisi fuerint filij illius conuentus.

§. 33. ¶ Caueat Reuerēdus pater prouincialis ne eligētes impediât, vt intra tres dies à vacatura officij administrationis eligant: sed liberos eos ad electionē faciendā dimittat: quod si intra mēsem non elegerint, neq; in electione cōformes fuerint, pater prouincialis prouideat cōuentui de ministro cōpetēti. Electio etiā peccans

cās in materia aut in forma deuoluitur ad patrē prouincialē: vel quâdo eligitur aliquis cōtra sacros canones & determinationes sacri cōcilij Tridēni; vel cōtra aliquid eorum quæ in his cōstitutionibus præcipiūtur: & quoties electores eligunt inhabilē quacūque ratione sit inhabilitatus.

¶ Prohibemus rursum ne patres prouinciales per sex menses ante quas cūq; electiones faciēdas nouas assignationes seu mutationes faciāt, neque eorū Vicarij (ad quos tantū pertinet assignare, vel mutare) ad cōuentus vel in cōuentibus ubi electiones huiusmodi fuerint celebrandæ, nisi pro officio administrationis aut graui scādalo vitando: quod si cōtrariū factū fuerit huiusmodi assignationes seu mutationes quo ad priuationē vocis conuētus, de quo sūt ipsæ mutationes, & quo ad ipsā vocē in cōuentu ubi sūt, suū nō sortiātur effectū. Ministri prouinciales seu eorū

§. 34.

T 2 vicarij

vicarii oppositum facientes (si de hoc constiterit) ab omni officio Ordinis per tres annos priuentur. Declaramus in super, quod vere & legitime mutatus semper sit sub obediētia ministri domus, in qua erat, & cōuentualis illius domus nominetur, donec intrauerit domum illam ad quam mutatur: & in illa domo in capitulo coram omnibus pro conuentuali recipiatur, etiam si multū temporis fuerit transactum sine tali præsentione.

§.35. ¶ Præterea ne illois manibus ad ministerium accedat in aliorum regimine inexpertus, præsenti statuto ad ministerii officium obeundū inhabiles omnino reddimus omnes nostri Ordinis fratres, qui in capitulo prouinciali vocales non fuerint, vel eos qui liberales artes per triennium non docuerint: vel eos qui per tres integros annos patris nouitiorum officium non exercuerint, & per

per alios tres integros annos vicarii in aliquo nostro conuentu non fuerint-

¶ Et quia iustum est, eligentem vocalem habere notitiam eius quem debet eligere, & ista a recenter ingressis Ordinem haberi nequit, statuto præsenti decernimus, quod fratres post quattuor annos à professione sua (Dum modo sint sacris ordinibus initiati) ad electionem Ministri conuentualis admittantur, & nō antea. Absentes vocētur ad electionem si intra vnam dietam nuntius ad illos possit ire. §.36.

¶ Cum (experientia teste) Ministri immatura ætas non modo non ædificet, sed quam maxime noceat, dum se regere nesciens cæterorum caput efficitur, & qui modū habere ignorat, alios moderatur: in grauem conuentus sibi commissi perniciem, idcirco statuimus quod nullus post hac in Ministrum eligatur, §.37.

294 *Expositio regulæ fratrum*

cōst. 33.
B. gen. tur, neque administrationis officium à quouis superiore committatur alicui, ante suæ ætatis trigessimum secundum annum completum ad minus, & non ante decimum annum expletum à die professionis. Quod si oppositum factum fuerit, tam electio, quam admissio sit irrita, & inanis.

§. 38. ¶ Nullus qui fuerit Apostata, vel confessus, vel conuictus de peccato carnis, aut notabilis proprietatis, possit eligi in Ministrum, siue Vicarium cuiuscumque conuentus, nisi post modum, ita religiose vixerit, & conuersatus fuerit, quod per diffinitores capituli generalis, vel prouincialis fuerit habitatus, vt possit eligi; quæ habitatio ante octo annos (ad minus) non fiat.

§. 39. ¶ Quam sit necessaria in prælato sapientiæ doctrina ex his regulæ verbis, & alijs multis clare poterit videri, quantaque temeritate ab imperitis

Ordinis Sanctis. Trinit. 295

peritis pastorale magisterium suscipiatur, (cum sit ars artium regimen animarum) Christus dominus satis ostendit cum dixit: si cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadent. Ne igitur in nostro Ordine cæci cæcorum sint duces, strikte præcipimus, quod nullus de inceptis in Ministrum eligatur, neque electus confirmetur, nisi sit persona idonea, vt regere possit virtute prædita & honesta, religionis zelo ornata, & sciat quæ conueniât loco, dignitati, & officio in quo præfidere debet, atque ad eò instructus sit in moralibus, simulque in diuinis litteris exercitatus, vt potens sit exhortari in sancta doctrina (secundum Apostolicum dictum) fratribus que suis competenter possit proponere verbum Dei, eosque quid agere aut credere debeât (iuxta regulæ præceptum) simpliciter monere, & nisi possit sequi

296 *Expositio regule fratrum*
chorum, refectorium, & communi-
tatem, prout decet.

§. 40. ¶ Nullus præterea in ministrum eli-
gatur in eadem domo nisi transa-
ctis quattuor annis a finitione sui
officii, neque ille qui à sanctis patri-
bus officij inquisitionis fuerit puni-
tus publice, vel secrete habeat vo-
cem actiuam nec passiuam vt supra
dictum est in electione Ministri pro-
uincialis. Officium ministri spirat
semper quod dimittit domū in qua
est.

§. 41. ¶ Præcipimus præterea, vt nullo
Valli. modo pater prouincialis alicuius
1555. conuentus possit esse Minister in to-
to suo triennio.

§. 42. ¶ Insuper mandamus quod patris
Tal. prouincialis socius aut secretarius
1570. etiam si tribus tantū mensibus fun-
gatur hoc munere ipso facto sit in-
habilis toto illo prouincialis trien-
nio, cuius fuit secretarius ad admi-
nistrationem obtinendam.

¶ Nullus

Ordinis Sanctis. Trinit. 297

¶ Nullus Minister ultra tres annos §. 43.
sui officij tempus extendere possit *Mal.*
sed triennio exacto illico spiret, & 1518.
absque vlla declaratione, siue renū- *Tal.*
tiatione sit absolutus. Et in hoc nul- 1576.
lus prælatus Ordinis vlllo modo dif-
pēlare potest sed solus vicarius cōue-
tus pro tunc præsideat, nec in eodē
conuentu Minister, qui finiuit offi-
cium suum, tunc reeligatur.

¶ Quod si aliquis Minister reper- §. 44.
tus fuerit administrationem per li- *Const.*
teras Apostolicas perpetuare, vel 30. *B.*
ante tempus taxatum in his consti- *Gen.*
tutionibus per illas, vel alias quas-
cumque reeligi, ipso facto sit ab om-
ni officio Ordinis per sexennium
priuatus, & pœna grauioris culpæ
puniatur.

¶ Officium administrationis, non §. 45.
a tēpore factæ confirmationis, cur-
rere incipiat, sed à die acceptatio-
nis officij, & in calce ipsius met con-
firmationis dies, & hora notetur, &

T 5

in

298. *Expositio regulæ fratrum*
in arca depositi custodiatur.

§. 46. ¶ Quicumque Minister toto suæ
cōst. 31. administrationis triennio, nihil utili
B. gen. tatis domui nostræ regulari sibi cō-
missæ (tam in ædificijs reparandis,
quã denuo construendis, vel in ac-
quirendo bona, & census) attulerit,
priuetur per triennium sequentem
voce passiva, nec possit eligi in Mi-
nistrum in alia domo.

§. 47. ¶ Præcipimus etiam, & mādamus,
omnibus, & singulis Ministris, vt
maximam curam adhibeant in fa-
cultatibus domorum conseruan-
dis, & augendis, ita tamen vt deci-
mo quinto quoque anno prædiavi-
sitent, & iudicis autoritate ea cō-
signent; de omnibus rebus etiam,
ad domum spectantibus, tam in spi-
ritualibus, quàm temporalibus pa-
trē prouincialem per suas litteras
quolibet mense ad minus certiorē
faciant vt de necessarijs prouideat,
etiam si nulla necessitas fuerit de-
bent

Ordinis Sanctis. Trinit. 299

bent scribere qualiter omnes in do-
mo sint. Contrarium faciens pœna
gravis culpæ puniatur, pro prima
vice, & si creuerit culpa crescat
& pœna.

¶ Item præcipimus & mandamus §. 48.
sub grauissimis pœnis subeundis Valli.
omnibus & singulis Ministris, ne 1555.
sint iudices, nequē iudicaturas hu-
iusmodi acceptent. Aliter facientes
sciant à patre prouinciali grauer
esse puniendos.

¶ Ne autem domus nostræ regula §. 49.
res patiantur damnum non feren-
dum nouarum expensarum de no-
uo faciendarum, propter nouas ele-
ctiones factas ad alias domos nostri
Ordinis magna cum perturbatio-
ne domus derelictæ, cui præfectus
erat Minister, in qua vix per duos,
vel quattuor menses, vel annum fue 22. cōf.
rat residens, confusione subsequen- Ber. g.
ti incomportabili librorum com-
puti & rationis, tam in expensis
quam

300 *Expositio regule fratrum*
quam in receptis: quo circa gene-
rali hac nostra sanctione obseruanda statuimus, & ordinamus, quod nullus *Minister* electus & confirmatus in aliqua domo nostra regulari debeat, aut possit coassentiri in altera electione de ipso in alia quacunque domo facta, neque talem approbet reuerendus pater prouincialis, nisi ad minus permanferit per duos annos integros in domo illa priori, ad cuius administrationem fuerat electus. Contrarium præsumens attemptare, illico vtraque careat administratione. Hoc autem intelligimus etiam de illis, qui ante biennium a die acceptationis Ministerii misericordiam a patre prouinciali petierint, vt illis onus auertat. Quos nullatenus in alia domo eligi volumus nisi biennio transacto a die acceptationis domus, quam volunt relinquere: & si electi fuerint nullatenus confirmantur: electores que pro illa
vice

Ordinis Sanctis. Trinit. 301
vice voce carebunt, & pater prouincialis de ministro competenti domui prouidebit secundum seriem harum constitutionum.

¶ Declaramus autem, quod quatuor domus (quæ modo antiquioræ locum in capitulo obtinent in qualibet prouincia) possint eligere quemcumque *Ministram* alterius domus licet ad biennium in illa non peruenit, quo priuilegio etiam vti poterit domus, vbi regia sedes tunc collocata sit. Quod ideo sic ordinamus, ne præcipuæ domus, pro quibus maior experientia, & grauitas requiritur, talibus (vt pote debitis illis) pastoribus orbentur. Nolumus tamen has quatuor domus priuilegiatas inter se ipsas eodem priuilegio vti, sed vt qui in illis eligendus fuerit, sit ex alio conuentu extra hos quatuor.

¶ Electus vero *Minister*, siue à maiori siue à minori conuentu, & confirm-

firmatus, si non acceptauerit, non confirmetur in Ministrum alicuius domus prouinciæ per duos annos: vt discant fratres tam maiori, quam minori administrationi ceruicem submittere.

§.52. ¶ Si Minister obierit, die obitus illius in silentio, & ieiunio debent esse fratres vsque ad sepulturam eius, idest, si ante prandium moritur, vt ea die semel comedant: si autem post prandium, à cœna abstineant. Tamen si in dominica, aut festo nouem lectionum, aut inferijs paschæ, & penthecostes obierit, in silentio quidem permanebunt, sed non ieiunabunt. Post sepulturam eius (pulsato signo) ad electionem Ministri procedatur, quemadmodum supra continetur.

§.53. ¶ Et cum electiones nostræ maxime liberæ esse debeant, & omni nota coactionis carere, districtè inungimus Ministris prouincialibus,
&

& visitatoribus, quod infra mensem ante quascumque electiones, non possint fratres priuare vocibus nisi ob causas in capitulo de grauiori culpa contentas.

¶ Ordinamus etiam, quod Minister prouincialis teneatur de consilio patrum consilii illius domus, in qua est, confirmare Ministrum canonicè electum (videlicet defectum sacrorum canonum, seu harum constitutionum non habentem) intra vnū diem postquam ad illum peruenierit electio. Et electus & confirmatus teneatur acceptare, vel misericordiam petere intra tres dies à notificatione confirmationis, vt domus suo proprio pastore diu non careat: & non acceptante intra dictum temporis spatium, pater prouincialis iubeat, vt electores ad aliam procedant electionem. Quod si aliter euenerit, & electum, seu eligentes
gra.

grauasse constiterit, vltra alias pœnas pater prouincialis (iudicio definitorum sibi infligendas) sit irremissibiliter per totum sequens immediate triennium priuatus voce passua, sed acceptas intra octo die ste neatur exire edomo, in qua est, & ad suam administrationem cum breuitate peruenire.

§. 55. ¶ Vbi primum minister ad domum suam administrationis peruenerit, litteras suae confirmationis in capitulo presentabit, quibus visis tenentes chorum canticum *Te Deum* incipiant, & in processione cum ministro ad chorum ibunt, & finito hymno ministro genuflexo vicarius seu praeses clara voce dicet *Kyrie eleison*, & conuentus prosequatur *Christe eleison* *Kyrie eleison*: deinde clara voce dicet *Pater noster*, & conuentus prosequatur secreto: quo finito dicat, *Domine nos inducas Res sed libera nos. Vers. saluum fac. Vers. mitte ei Domine Vers. esto ei*
Domi-

domine turris fortitudinis. Vers. Domine exaudi. Vers. Dominus vobiscum.

Oremus.

¶ Omnipotens sempiternus Deus miserere famulo tuo ministro huius nostri monasterii, & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae, vt te donate tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat & nos famulos tuos & Ordinem nostrum ab omni aduersitate custodi per Christum Dominum nostrum. Responso amen sedeat pater minister in suo loco, & omnes religiosi illi obedientiam praestent, & officiales clauis omnium officiorum ei humiliter tradant. Quibus peractis cum silentio eant in nomine Domini.

Numerus. 24. De officio & potestate Ministrorum Ordinis.

¶ Maior Minister confessiones fratrum omnium congregationum eiusdem ordinis audire potest, minor vero minister omnium fra-

Tex.

V

erum.

306. *Expositio regulæ fratrum
trum suæ domus audiat confessiones: dummo-
do verecundia repetiti excessus occasione mi-
nime præbeat, tardius prælatis suis, vel minus
pure quam deceat confitendi solicite vero Mi-
nister provideat vt præcepta regulæ sicut ce-
teri fratres per omnia teneat.*

§. I. ¶ Reuerendissimus paternoster
*In regu- ac legitimus & vniuersalis pastor,
la mo- postquam electus fuerit, secundum
difica- formam in regula annotatam, to-
ta. tius Ordinis curam plene habeat,
& libere gerat (prout hactenus exti-
tit obseruatum) fratrum que om-
nium congregationum confessio-
nes audire & absoluerè ab omni
transgressione regulæ suæ possit au-
thoritate, eique omnium reueren-
tia, & subiectione, omnes prouinciæ
& congregationes, ac vniuersi &
singuli fratres, & moniales nostri
sacri Ordinis, in omnibus (vt de-
cet) obediant. Quod si contigerit
vt aliquando in litteris reuerendis-
simi*

Ordinis Sanctis. Trinit. 307

fimi patris aliquid contineatur, cir-
ca quod, si melius fuisset informa-
tus, aliter forsitã sensisset, ac scripsis-
set, permittimus, ne huiusmodi litte-
ræ executioni mādentur, quin prius
super ea re Reuerendissimus pater
à prouinciali per litteras cōsulatur,
& plene informetur: si vero post præ-
dictam informationem Minister ge-
neralis in sua perstiterit sententia,
Volumus quod omnino ei obedia-
tur, melius namque est obedire quã
sacrificare.

¶ Si quis autē verbo vel facto, dire-
cte vel indirecte, per se, vel per aliū,
quouis colore quæsito, diuisionem
nostri sacri Ordinis (cuius vnitas in
vnitate capitis consistit) procurare
ausus fuerit, tanquam schismaticus,
& destructor habeatur, & voce, offi-
cio, gradu, & quauis alia gratia ab
Ordine sibi concessa priuetur, nec
ad prædicta valeat restitui, nisi per
capitulum generale.

§. 2.

V

¶ Mi-

§. 3. ¶ Minister generalis in cuius cura & prouidentia Ordo totaliter requiescit, circa ea quæ substantialia sunt Ordinis, & statum obseruantiaẽ cõcernũt, diligentissime inuigilare, & ad ea diffinitorum capituli generalis, prouincialium ac Ministrorum sæpe sæpius animos incitare debet fratres præsentis verbis, absentes vero litteris, ad omne bonum promouendo: debet quoque secum habere regulam, constitutiones, & omnium priuilegiorum Ordinis transumpta, & scire bene fratribus suis super his omnibus satis facere.

§. 4. ¶ Vt autem vniuersum Ordinem in sancta regularis vitæ obseruantia facilius continere possit, & valeat, beneuolentiam sedis apostolicæ in primis, deinde regum & principum Christianorum habere & conseruare procuret, indulgentias, concessiones bullarum, & priuilegiorum confirmationes, etiam solo verbo, vtilis
Ordi-

Ordini quas poterit impetrare: faciatque regulam, constitutiones ordinationes, ac diffinitiones nostri sacri Ordinis obseruari: eas vero inuiolabiliter quæ dispensationem prohibent, in aliis vero dispensationem minime prohibentibus, siue sint pœnales, siue non ob rationabilem causam dispenset, & omnium fratrum solatium in Christo domino procuret.

¶ Licet autem plenariam potestatem & generalem habeat in Ordine, tamen nunquam est ei vtendum huiusmodi plenitudine potestatis, vbi causa multum rationabilis non occurrerit. Specialiter vero cauendum est ei, ne intemporalibus grauet prouincias, vel conuentus, vel fratrem aliquem, vt pote libros, vel alia pretio digna vnus alteri concedendo onus pecuniæ alicui soluendæ imponendo, sine causa rationabili euidẽti. Officia inferiorum, nõ

§. 5.

debet sibi assumere libenter, nisi causa vrgenti, licentias quæ per alios expediri possunt, raro dare debet, sed potius fratres ad prælatos suos ordinarios mittere pro his, & si quas dederit, quæ secretum non requirant fratrum factum Ministris prouincialibus, vel conuentualibus (prout magis conueniens fuerit) significare debet.

§.6. ¶ Circa prouincias debet habere curam magnam, quod bonos prouinciales habeant, cum ex ipsis prout magna parte dependeat bonus status Ordinis in prouincijs: & ideo debet interdum electoribus prouincialium litteras ad hoc pertinentes dirigere. Ad eius etiã officium pertinet, Ministros prouinciales canonicè electos confirmare, eosdem corrigere, suspendere, & etiam priuare, ac absoluerè: si secundum statuta Ordinis casus emerferit priuationis, vel absolutionis, quæ qui-

quidem absolutio iuxta regulæ formam (vt infra dicetur) fieri debet. Ad illum etiam pertinebit quos in litterarum studijs profecisse cognouerit, cum omnibus alijs requisitis gradibus decorare, seruata tamen ordinatione & consuetudine vnius cuiusque prouinciæ.

¶ Minister prouincialis totius prouinciæ curam gerat, ipsi que (saluo §.7. *De offi-*
semper mandato, & reuerentiare- *cio mi-*
uerendissimigenèralis) Ministri & *nistri*
fratres omnes suæ prouinciæ tan- *prouin-*
quam patri & pastori prompte obe- *cialis.*
diant, & debitam subiectionem & re-
uerentiã cum humilitate vbique loco-
rum exhibeant. Qui vero Ministro pro-
uinciali obedire recusauerit, & in
ipsa inobediëntia obstinatus per diem
& noctem permãserit pœnæ grauioris
culpæ subiaceat. Ipse vero in princi-
pio sui regiminis cum timore & tre-
more incedat, nullas nouitates indu-
cat quo usque magis per experiëntiã

quam per aliam sapientiam sit edoc-
tus. Mutationes paucas faciat quo-
usque de statu prouinciæ conuen-
tuum, & fratrum notitiam habeat
pleniorē, fratrum deum timentium
& religionem zelantium, et amplio-
ri discretionē pollentium magis cō-
siliis adhæreat, notam fouendi par-
tem aliquam, si forte inter aliquos
reputetur, pro posse declinet, & ca-
ueat ne ex amore priuato, vel fami-
liaritate, aliquid faciat non facien-
dum, aut facere videatur. In primis
autem diligenter legat & notet quæ
de officio generalis scripta sunt, &
quæ sibi competunt, secundum suū
officiū opere adimpleat. Regulā
& constitutiones, & acta capitulo-
rum secum portare debet, vt ea
imprimis seruet, deinde cæteros ad
illorum obseruantiam verbo & exē-
plo efficaciter inducat.

§. 8.

¶ Item ad ipsum pertinet licentias
ordinandorum dare, confessores &
præ-

prædicatores approbatos ab axami-
natoribus exponere, ipsis qui ad stu-
dium debent ire licentias dare: si ali-
quis religiosus a domo suæ profes-
sionis pro aliquo casu debeat exi-
re de sua licentia debet esse.

¶ Ad ipsum etiā pertinet cōmune §. 9.
bonū prouinciæ procurare siue er-
ga maiorem Ministrū siue in capitu-
lis generalibus & prouincialibus, de
his quæ viderit corrigēda, vel faciē-
da (si ea perse non potuerit commo-
de expedire) memorialia facere, &
ipsa capitulorum tempore promo-
uere, in emergentibus necessitati-
bus fratrum in diuersis locis consi-
lium dare, & siue per recursum ad-
curiam romanam, siue aliis modis)
provt necessitates exigunt (ad cō-
munē prouinciæ pacem dare operā
efficacem, partes siquæ sunt proui-
ribus auferre instruendo vnitatē
& concordiam ponendo, querellas
(si quæ sunt) inter conuentus deter-

V s

minis

minis, vel alijs quibuscūque cito terminare: conuentus nouos qui euidenter reputantur utiles, procurare, de minus necessarijs non curare, quod fratres vbique pacē habeant erga clerum & populum, & praelatos alios laborare: quod metas privilegiorum, vel concessionum, in confessionibus audiendis, vel absolutionibus, & dispensationibus fratres non transgrediantur, & quod ad hæc exequenda non ponantur fratres nisi sufficientes monere & cauere: discursus etiam fratrum debet restringere, nec permittere quod discurrat aliquis propter negotia quæ possunt per litteras expediri.

§. 10.
De visitatione.

¶ Item ad manus patris provincialis spectat, vt gregis sibi commisi vultum agnoscat, omnes conuentus visitare. Quapropter ordinamus & mandamus, quod cum ipse met provincialis, vel visitator alius ad domos Ordinis in sua provincia accesserit, reuerter, & cum caritate à Ministro (in cu

ius domum declinauerit) recipiatur eius que victui & visitationi necessaria ministrentur, & hospitium siue cella ita religiose ei præparetur, vt nulla curiositas sæcularis in ea sit. Postea quam ingressus fuerit domum omnes fratres (præcipue qui sub cura patris nouitiorum sunt) in modum processions ad ei præstandum obedientiam accedant. Et ipse met pater provincialis curet maxima cum diligentia, ne vnumquam extra refectorium comedat (nisi pro re graui alicuius domus) & non liceat provinciali, vel visitatori ultra vnum Ordinis fratrem in socium, & vnum famulum tempore visitationis secum alium habere aut ducere.

¶ Præcipimus etiã patribus provincialibus, vt in visitatione vnius cuiusque domus in vno quoque anno non possint esse plusquam quinquaginta, vel sexaginta dies, quibus eam visitent, neque minus spatium, sex vel octo

§. 11.

octo dierum in cuiusque domus visitatione consumant, ut sic & gregem suum melius agnoscant, & quae necessaria fuerint domui inquirant, et nullam grauent.

§.12.

¶ Item ordinamus & praecipimus provincialibus, ut quolibet anno te neantur per se ipsos suam provinciam visitare, & singulos eius conventus & ut hoc rectius agatur, inhibemus fratrem aliquem visitari extra domum suae assignationis, nec extra ipsius visitationis tempus. Et ut omnis occasio odii, & antiquarum inimicitiarum auferatur, praecipimus, omnia delicta ante visitationem in una quaque domo commissa intra eiusdem tempus visitationis deponi, siue sint contra Ministrum (siue contra alium religiosum) quod si secus factum fuerit & postea (visitatione tractata) quispiam ausus fuerit Ministrum aut fratrem aliquem accusare puniatur poena, quae reus conuictus

ctus dignus erat, nam visitationes correctioni delictorum sunt institutae non infamiae. Qui autem transacto examinis tempore crimen imponit sui fratris, suae religionis perniciem videtur intendere non correctionem & si audiatur, nullus accusantibus erit modus.

¶ Si pro aliqua necessitate, vel re §.13.
gravi Minister provincialis personaliter visitare conventus non valuerit, vices, suas committat uni ex visitatoribus, quid quid autem pater provincialis, vel visitator corrigendum inuenerit, aut puniendum, corrigat, puniatque sicut qualitas culpae exegerit & conscientia dictauerit, atque omnia quae facienda, reformanda, comonenda punienda, seu laudanda fuerint secundum seriem nostrarum constitutionum, et officii sui determinabit.

¶ Item si quid arduum vel graue emerferit, puta priuationem Mini- §.14.
stri,

stri, vel quid simile, conuocatis quattuor diffinitoribus, quorū (quāuis in capitulo spiret officium & potestas sua) quo ad hoc tantummodo volumus cum ea permanere auctoritate, quæ Ministris iuxta tenorem regulæ datur, vt sic omnis suspitio à reo tollatur, & cū ipsis & eorum cōsilio pater prouincialis determinet quid faciendū sit. Super quibus omnibus castigandis & visitandis oneramus conscientiam prouincialis, seu visitorū. De rebus grauib; in diffinitorio rationem reddāt, & de illis omnibus, quæ de prouincia & fratrib; illis visum fuerit, prout cōscientia dictauerit, vt sibi cōstet de moribus & vita religiosorum: & si quidpiam de visitatione scriptum remanserit, visitatione cōpleta, et sententia contra fratrem prolata ac pœnitentia iniūcta, statim cōburatur huiusmodi scriptum, nisi forte necessariū sit illud in capitulo præsentari.

Quod

Quod si ita euenerit inspecto à diffinitoribus processu, et causa determinata (vt supra dictum est) statim comburatur. Quod si huiusmodi causa in capitulo finem non acceperit, referuetur huiusmodi processus in arca depositi donec causa terminetur, et tūc comburi debet. Circa ea vero omnia quæ in visitatione cōtigerint perpetuum patri prouinciali eiusque socio interdiciamus silentiū. Aduertendū maxime est quod si aliqua priuatio fiat, nullus ex illis qui cum patre prouinciali iudices in illa causa fuerunt debet eligi in Ministrum illius domus neque in alia domo quæ vacauerit pro assumptione illius qui in tali eligitur, vt ita occasio dicēdi ab omnibus tollatur.

¶ Præcipimus in super ordinamus et mandamus quod in visitatione feruetur hic modus, vt recte, et vt decet procedatur: posteaquam pater prouincialis, vel

alius

S. 15.

alius quispiam loco eius ad domum quæ visitanda fuerit, diuerterit, quãdo ei expediens videatur ad capitulũ pulsetur. Omnibus igitur in capitulo sic congregatis eos in Christo Domino salutet, & causam sui aduentus omnibus exponat, & quãdo visitatio inchoanda sit, eis aperiat, præparari autem faciet Minister sacrarium quod mūdum debet esse sicut & cætera loca, quæ debēt visitari, & ubi hora aduenerit tintinnabulũ pulsetur & omnes audito eo ad sacrarium descendant, induti palliis cucullisque & ad maiorem capellam in processione modum cant.

§. 16. ¶ Minister cum suo conuentu, & patre prouinciali pretiosiori cappam induto (si non celebrat) et omnium ultimo, ceroferariis præcedentibus et thuriferario, procedent ad altare maius, ubi fratribus omnibus hinc inde et patre prouinciali genu flexis, breuem faciet orationem qua finita,

nitã ad locum, qui pro custodia sacramenti est, ascendet, & maxima (qua decet) reuerentia inde arcam in qua sacro sanctum Christi domini nostri corpus clausum manet, educat omnibus fratribus cantantibus hymnum pangelingua &c. Accepta igitur claue, arcam aperiat, & corpus Dominicum sanctissimum thurificet, & diligenter inspiciet, si decenter sit, & si apto, pretioso, vel mundo loco habeatur, & pannis & corporalibus mundissimis inuolutum sit, atque honesto loco habeatur, circumspiciens omnia quæ circa hoc venerabile sacramentum visitur annotari debent, ut postmodũ præcipiat & corrigat, quidquid præcipiendum, aut corrigendum inuenerit. Inspecto reuerenter sacramento, & fratribus ostenso iterum thurificet, & in arca reponat quam claue clausam super altare reponat, thurificans dextrum, atque

sinistrum cornu eius, et ad medium altaris sacramento se inclinans, illud thurificet, et in custodia reposito, ceroferarii cantent *Ver. Panem de celo præstitisti eis alleluja. Resp. Omne delectamentum in se habentem alleluja.* Pater provincialis dicat orationem sequentem.

Oratio

¶ Deus qui nobis sub sacramento etc. Qua oratione finita altare maius visitet, num mappæ decētes sint atque mundæ: et inde descendens, lampadem quoque aspiciet, si munda sit, si accensa, si oleum habeat: deniq; colateralia visitet altaria, si sint competenter ornata, et munda. Altaribus in hunc modum visitatis, & sacramento, ad sacrarium in modum processionis redibunt dicendo *Laudate dominum omnes gentes et Verf. Vias tuas domine demonstra mihi. Resp. Et semitas tuas edoce me. Verf. Domine exaudi. Ec. Resp. Et clamor meus Ec.*

Ver

Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo, Oratio actiones nostras Ec.

S. 173

¶ Postea ad visitandum sacrarium & reliquias (ex quibus nihil vili ratione auferatur) procedet, & minister afferri librum ex arca depositi præcipiat, in quo quæ in sacrario habentur scripta reperiuntur. Omnibus ornamentis à reuendo patre provinciali visis num diminuta an alienata sint, si honestis locis & quibus decet custodita essent diligenter notabit, & si quicquam defuerit vel quia sublatum, vel senio & antiquitate confectum, aut quicquid actum fuerit in præfato libro scribi iubeat, visitet que clausa ianua sedes confessoriorum & ecclesiam, vasa aurea & argentea & pretiosa quæque omnem denique sacrarii thesaurum & omnia annotabit annotanda, vt

X 2 po-

324 *Expositio regulæ fratrum*
postea corrigat corrigenda & lau-
det laudanda.

§. 18. ¶ Deinde ad fratrum visitationem
(modo qui sequitur) procedat: pri-
mo ministrum interroget, num ali-
quid vrgeat, cui statim sit necessario
remedium adhibendum, & visitatio-
nes præteritas petat, deinde omnes
simul benigne alloquatur, & omni-
bus beneuolum se exhibeat (ne ali-
cuius mentem subeat suspitio, quod
ob finistras aliquas informationes
minus hilarem vultum illi ostendat)
eosque ad renouationem in spiritu
& studium perfectionis hortetur.

§. 19. ¶ Petat a Ministro, & consequenter
a patribus a consilio & ab aliquibus
patribus antiquioribus vel præci-
pui officialibus, vt ea quæ sciunt
alicuius momenti de statu domus,
aut de personis referant: quod si iu-
dicauerit expedire, iubere poterit
vt informationes huiusmodi vel par-
tem earum breuiter scribant, & sibi
tra-

Ordinis Sanctis. Trinit. 325
tradant, scripta autem quæ secretum
continent, clausa ipse diligentissime
feruet, caueatque ne minimo quidem
iudicio eos, qui sibi aliquid referunt
pdat. Huiusmodi informationibus
acceptis & consideratis percurrat
cum ministro catalogum personarum
domus, breuem que de singulis ab
eo capiat informationem, deinde
vocet sigillatim omnes, eo ordine
qui magis conuenire videbitur, &
singulos seorsum iuxta instructio-
nem infra positam memoriter potius
quam scripto interroget, & quæ ad-
uertenda iudicauerit, sibi memoriæ
causa scribat: quid vero a quoque in-
terrogandum sit illius prudentiæ re-
linquitur. Hortetur omnes ad verita-
tem sincere dicendam, ne ipsis impu-
tetur, si morbi propter eorum silen-
tium incogniti & latentes curari non
possint. Admoneat teneri eos ser-
uare sub secreto quidquid cum eo
(quod secretum requirit) transege-
rint.

326 *Expositio regulae fratrum*

rint, Licet a quouis alio, qui ipso sit inferior, de ea re interrogentur. Non facile credat, si quæ forsan contra alios, præsertim superiores dicetur: sed ea notet, & expédât, ut veritatē assequatur. Caueatq; nedū subditos cōsolari studet, illi debiliores in obedientia & reuerentia erga suos immediate superiores redātur

§. 20. ¶ Siquis diuisionis aut dissensionis eorum, qui vna veniunt inter se vel cum suo capite author esse inueniatur, diligentissime ab ea domo, velut pestis quæ, eam potest inficere, si præsens remedium non adhibeatur; separandus est.

§. 21. ¶ Regulam & constitutiones coram Ministro, vicario & patribus a cōsilio examinabit, & si quas non obseruari intellexerit, consideratis causis remedia adhibebit ut obseruari possint. Postremum omnium visitet ministrum domus circa ea quæ

Ordinis Sanctis. Trinit. 327

quæ ad personam & officium eius attinent, & iuxta ea quæ ex acceptis eius informationibus collegerit.

¶ *Instructio de his quæ inuisione petenda sunt ab omnibus.* §. 22.

1. Quomodo valeat corpore viribus, & quomodo ei conueniat ratio victus, vestitus, celæ & exercitationis corporalis, qua vritur.

2. Si quid dubitationis aut difficultatis, si quid etiam ad suam consolationem, instructionem aut profectum fore putat confidenter proponat.

3. Quod ad alios attinet interrogetur quomodo tractetur a superioribus, et quid sentiat de illis, tam de personis, quam de officiis eorum.

4. An aliquis superior impedierit libertatem subditorum scribendi ad superiores mediocres, aut quouis modo significauerit sibi non placere ut fratres de ipso aut eius gubernatione ad eosdem scribant.

5. An nouerit extra confessionem aliquid

- 328 *Expositio regulæ fratrum*
 de quavis persona, quod non ei probetur, ut de
 inobedientia, murmuratione, conspirationi-
 bus præsertim contra superiores, & si quid
 parum honestum & incautum in familia-
 ritate nimia cum aliqua persona accidisset,
 vel contra de dissensione.
6. Quomodo seruentur domi constitutiones,
 decreta, regulæ, communis ordo, & ordina-
 tiones, quæ a maiori ministro & aliis supe-
 rioribus emanant.
7. Quomodo exercentur ministeria nostri
 ordinis (videlicet) hospitalitas & captiuorū
 redditus elemosynæ & proventus.
8. si de his etiam, quæ pertinent ad alias do-
 mos provincie, aliquid habet quod alicuius
 momenti videatur.
10. Si quid grauius in ea domo accidisse ex-
 tra confessionem intellexerit, & quod reme-
 dium sit adhibitum.
11. De numero & sufficientia confessario-
 rum & de frequentia & fructu confiten-
 tium.
12. de conuersatione fratrum iuxta rationē
 & finem nostri instituti.

13. An

Ordinis Sanctis. Trinit. 329

13. An aliqui præ textu valetudinis iuuan-
 dæ a spiritus perfectione degenerent, & a la-
 boribus Ordinis abhorreant, atque ad otium
 aspirent.
14. An erga infirmos & hospites debita
 caritas religionis & cura (iuxta regulam,
 & constitutiones) exercentur.
15. An aliqua ambitionis & proprietatis in-
 ditia in aliquo appareant.
16. Quæ elemosynæ exterius pauperibus den-
 tur ad ianuam.
17. Vbi scholastici fuerint interroget, quo-
 modo literarum studia vigeant, & quomodo
 exacte seruentur, quæ in capite de studentibus
 scripta sunt.
18. De nouitiis roget quomodo a patre no-
 uitiarum instituantur si humiles si morigeri
 sint & quæ spes de vnoquoque habeatur, si
 admissi sunt secundum seriem nostrarum con-
 stitutionum.
- ¶ Visitatis personis visitabit etiam
 chorum, libros & refectorium, cel-
 laria et coquinam, & cellas fratrum
 infirmaria hospitium et carcerē hor-

§. 23.

X 5 rea

rea & possessiones: ultimo recipiat
computum depositariorum & cel-

§. 14. larii.

¶ Visitatione cuiusque domus ab-
soluta, & rebus omnibus perspe-
ctis, vt laboris sui fructum capiat,
denuo omnia quæ accepit in visita-
tione consideret, & ea quæ maio-
ris momenti sunt diligentius expen-
dat: quid itē clarū, quid ve tātū pro-
babile videatur, & de quibus gene-
ralis vel capitulū sit consulēdum, &
quæcū solo ministro domus, quæ e-
tiā cum consultoribus, & quæ cum
aliis particularibus sint transigēda.

§. 25.

Quæ ad gubernationē expectantia
ipsi ordinanda videbuntur, iis etiā
expēdēda tradat quos de vna qua-
que re iudicare posse cōfidat: & an-
tequā ultimā executionis manū re-
bus imponat, omnia in orationibus
& missarū sacrificiis Deo cōmendet
vt iuxta ipsius diuinū beneplacitū
dirigatur. Postquā autē omnia apud
se

se cōstituerit, ex præteritæ visitatio-
nis memoriali, vbi ordinationes scri-
būtur, eas quæ executioni mādaturæ
fuerint expūgat. Quibus finitis ite-
rū in capitulo eos salutet in Christo
laudās laudāda & corrigēs corrigē-
da, monens honeste viuere: & in fi-
ne absoluat fratres dicēs si tenemi-
ni aliquo vinculo &. Vt latius vide-
bitur in formulario: quo factō quādo
ei visum fuerit, recedat in nomine
Domini sine tumultu in ingressu
atque regressu absque aliquo comi-
tatu.

§. 26.

¶ Debet pater prouincialis vniuscūq;
prouinciæ finitā habere suā visitatio-
nē ante quattuor mēses a finitione
sui officii, in quibus mēsis a visita-
tiōe omnino absteineat, contrariū fa-
ciēs arbitrio diffinitorū in capitulo §. 27.
puniatur.

¶ Minister conuentualis omnium
fratrum suæ domus audire debet
cōfessiones (vt in regula dispositur)
natura-
sic lis.

fic quod perse vel per alios a se delegatos fratres id faciat, ne verecundia repetiti excessus occasione illis præbeat, vel tardius prælatis suis, vel minus pure quam deceat confitendi. Qua propter ordinamus & præcipimus quod omnes Ministri in suis conuentibus, sex vel plures fratres nominent qui loco sui audiant fratrum confessiones, qui vero sub patris nouitiorum cura sunt cum ipso confiteri teneantur, nisi aliquando nouitiorum pater cum aliquo dispensauerit. Si quis præter hos alicuius fratris confessiones audire præsumpserit, per biennium confessiones non audiat, confessus vero illi grauius puniatur. Inhibemus autem, ne aliquis frater alicui extraneo sacerdoti, siue sit religiosus, siue sæcularis confiteatur, si copia confessorum nostri Ordinis habere potuerit.

§. 28. ¶ Prælati quando eis æquum videbitur,

bitur, casus sibi reseruare poterunt quod tamen sine licentia patrum à consilio non fiat, casus vero reseruati Ministris à quibus nullus confessor aliquem fratrem ordinis sine speciali prælati licentia poterit absolue re, sunt sequentes. Furtum de re notabili, siue res ablata communis sit, siue alicuius vsui deputata: voluntarius omnis lapsus carnis: coniuratio omnis & conspiratio: simonia tam indante, quam in accipiente, percussio ex animo deliberato facta: incendium: & si quem contigerit sine licentia extra loci septum exire de nocte a postasiam committere: vel alicui persuadere; Claves falsas habere: & superiorum nomina firmata falsificare, et quæcunque alia minister generalis vel prouincialis, vel etiam conuentualis (de consensu tamen patrum consilii sui conuentus) sibi reseruanda duxerit. Quando autem alicui peccato reseruato annexa fuerit

rit aliqua censura, non sufficit petere licentiam absoluendi a peccato, sed oportet ut fiat mētio annexæ cēsuræ, vel quod cōfessor petat à prælato licentiā per hæc verba, cōcedemihī potestātē tuā ad absoluēdū, aliter nulla erit absolutio quāuis detur

§. 29. Minister cuius libet domus potest absolui a suo cōfessore ab omnibus casibus sibi reseruatis: non tamen ab illis quos pater prouincialis, seu reuerēdissimus pater generalis sibi reseruauerint. Pater vero prouincialis absolui poterit ab omnibus præterquam ab illis, quos sibi reuerēdissimus pater generalis reseruauerit.

§. 30. ¶ Præterea cum fratres nostri Ordinis diuinis sint officiis mācipati (maxime præbyteri) statuimus, & ordinamus, quod non solum die dominica, verum etiam, qualibet die (si necessitas exegerit) confiteri debent, & si se dispositos inuenierint

nerint celebrare, cæteri vero omnes non presbyteri qualibet die dominica confiteātur, & decimo quinto quoque die communicent, at tempore aduentus & quadagesimæ qualibet die dominica & confiteri, & sanctum eucharistiæ sacramentum sumere debent. Et similiter feria quinta in cæna Domini omnes fratres cuius libet gradus Ordinis & dignitatis de manu prælati venerabile eucharistiæ sacramentum humiliter accipere debent. Qui vero sine manifesta rationabili que causa & sine expressa prælati licentia, in aliquo exprædictis diebus à communionē abstinuerit, in pane & aqua semel ieiunet, sacerdotes etiam aliqua in firmitate, vel necessitate impediti diebus prædictis cum sacerdotibus communicare teneantur.

¶ In quolibet monasterio sit vnus §. 31.
post

B G. post Ministrum qui vicarius fratrum
cōst. 17 seu conuentus nominetur, quem Mi-
De in- nister de consilio discretorum sui
stitutio conuentus instituat, eorum que cō-
ne vica- silio absoluat si iustæ sint causæ.
rii con-

uentus. ¶ Officiū vicarij, postquā institu-
§. 32. tus fuerit, est quærere diligenter a
 Ministro et retinere memoriter cu-
 iusmodi potestatem vult eum habe-
 re siue in absentia, siue in præsentia
 et non se vltra extendere, tum ip-
 sius est conseruare memoriter man-
 data et ordinationes sui ministri et
 prouincialis, seu visitatoris, et capi-
 tulum generalium seu prouincia-
 lium, et dare operam vt fratres ea
 exequantur. Item ipsius est, Mini-
 strum adiuuare fideliter, et quæru-
 losorum, et turbantium non se rece-
 ptorem exhibere, et de his quorum
 curam iniungit Minister (vt hospiti-
 um vel infirmorum vel huiusmodi)
 solícite seruare et curare: ad ipsum
 quoque pertinet pacem Ministri er-

ga

ga conuentum (quātum potest) pro-
 curare, pro his quoque quæ conuē-
 tuivtilia sunt, siue spiritualia, siue tē-
 poralia ad ipsum intercedere, &
 quādo cumque occurrerit occasio
 inter ministrum & conuentum esse
 fidelem mediatorem: ipsi etiam Mi-
 nistro debet maiora (quādo emer-
 gunt) seruare, & quæ corrigere non
 valet, ei denuntiare, & de his quæ
 agenda sunt, & corrigenda, cum eo
 frequenter tractare. Item notabilia
 quæ emerferint, in absentia Mini-
 stri, debet eidē cum venerit reffer-
 re, licet fuerint correctæ, & circa ea
 quæ faciēda fuerint ab ipso, cum
 fuerit oblitus, vel occupatus alijs,
 seu negligens, ipsum debet sollici-
 tare.

¶ Officiū Vicarij siue duret ad
 triennium siue non semper tamen
 cum ministri officio debet finire, &
 vltra triennium non prorogetur, &
 etiā per annum integrum in media-

§. 33.

Y

TUM

Valli. tum à fine sui officii in Ministrum
 1555. minime eligatur in eadem domo: in
 choro sinistro supremum obtine-
 bit locum super omnes fratres etiã
 graduatos (nisi fuerint magistri in
 theologia, aut hospites Ministri alia-
 rum domorum). In capitulo provin-
 ciali habeat Vicarius illius domus
 sessionem super omnes capitulares
 dummodo non sint magistri vel mi-
 nistri. In aliis conuentibus vicarius
 alterius conuentus non habet lo-
 cum, nisi fratrum antiquitatis suæ
 (videlicet) professionis. Qui vnus
 conuentus Vicarius fuit) nisi tri-
 bus annis transactis) in eodem met
 conuentu in Vicarium nequaquam
 eligi posse, decernimus, & declara-
 mus.

S. 34. ¶ Vicarius (, mortuo, vel amoto Mi-
 nistro, vel finiente administratione
 suam,) vices suas in omnibus plena-
 rie gerat, quousque Minister illius
 loci fuerit electus & confirmatus, &
 in

in domo præfens extiterit, etiam
 si in eodem intermedio temporis,
 triennale concludere officium de-
 buisset, volumus etiam cum ea mane-
 re authoritate vsque ad præfinitum
 tempus. Si vero ministro mortuo,
 vel finiente officium suum, domus
 vicarium, vel præfidentem institutum
 à patre provinciali non habuerit,
 tres fratres illius conuentus præfen-
 tes, & vocem habentes qui primi-
 tus professionem fecerunt (dum ta-
 men post professionem ab ordine
 non discesserint, nisi per provincia-
 le capitulum, cum eis fuerit dispen-
 satum) aliquem fratrem de conuentu
 illo præfentem in domo antequam
 comedant, vel bibant eligere teneã-
 tur, renunciatione qualibet non ob-
 stante, qui vices susceptas ministri
 obtineat, quosque domus ipsa mini-
 strum præfentem habeat, vel vicarium.
 ¶ Vicarius nisi de licentia expressa
 provincialis non poterit aliquem **S. 35.**

340 *Expositio regulæ fratrum*
ad habitum recipere, vel ipsum be-
nedicere, seu ad professionem ad-
mittere (hoc enim ad ministros per-
tinet) sed in eodem statu in quo mi-
nister dimiserit domum, habeat &
gubernet, etiam mortuo, vel amo-
to Ministro, ita quod non habeat
potestatem aliquod opus struendi,
neque possit distribuere bona Mi-
nistri defuncti neque aliorum fra-
trum defunctorum, sed omnia in cu-
stodia habeat, vsquedum Minister
denuo electus in domo sit, & de om-
nibus illis rationem reddat, & etiam
de statu in quo domus remansit. Va-
cante vicarij officio, nisi intra tres
dies Minister de consilio patrum à
consilijs vicarium nominauerit pa-
ter prouincialis de vicario prou-
debit, vt illi visum fuerit: vicarius
vero nominatus in quolibet conuē-
tu, voce actiua & passiua careat biē-
nio si non acceptauerit.

§. 36. ¶ Egreidente Ministro de domo
semper

Ordinis Sanctis. Trinit. 341
semper Vicarius debet in illa mane-
re, ita quod numquam ambo in vno
eodēque met die de domo exeant,
sed semper vnus ex illis domi rema-
neat, nisi pro aliqua magna neces-
sitate, quod si aliquo casu ambo exie-
rint in vno die, suo loco pater noui-
tiorum domi maneat & præsideat.
Quod etiam debet fieri in choro, &
refectorio, absentibus Ministro &
vicario, nam tunc pro vicario de-
bet præsidere, & pro illo tunc locū
eius occupare.

¶ *Numerus. 25. De depositione
Ministorum.*

¶ Postquam vero electus fuerit, si ex cul-
pa deponi meruerit, per maiorum Ministrū
conuocatis tribus, vel quattuor Ministris mi-
noribus deponatur, et alius qui dignus sit, lo-
co eius subrogetur. Si vero pro remotione ter-
rarum, vel alia causa rationabili, maior Mi-
nister hoc facere non potuerit, vices suas,
Ministris minoribus, magisque religiosis cō-
mittat,

342 *Expositio regulae fratrum*
mittat, & quod illi fecerint auctoritate ma-
ioris ratum habeatur. Maior vero minister
si pro excessibus corrigendis deponendus sit,
per quatuor, vel quinque Ministros (eiusdem
ordinis) magis religiosos hoc fiat, qui tunc au-
thoritate capituli generalis ad hoc eligi de-
bent.

§. I. ¶ Minister conventualis (iuxta
de depo huius regulae præceptionem) per
sitione maiorem Ministrum, convocatis tri-
Mini bus aliis, vel quatuor ministris mi-
stri con noribus si commode intra tres die-
uentua tas valeant inveniri, vel per alios vi-
lis. cem maioris Ministri gerentes de-
poni debet. Cum tamen Minister
prouincialis circa hoc in sua provin-
cia vices reuerendissimi patris ge-
neralis teneat, poterit ipse usque ad
depositionem contra ministros con-
uentuales, si culpabiles fuerint re-
perti procedere, vt hactenus in
vna quaque prouincia, extitit ob-
seruatum. Ne tamen in hoc pater
prouincialis odio, vel passione du-
catur

Ordinis Sanctis. Trinit. 343

ducatur præcipimus sub eadem de-
positionis poena, nec a causa alicuius
Ministri deponendi extra proprium
illius conuentum in quo ad præsens
est minister, videat, aut videri faciat
neque ad illius causæ iudicium seu
sententiam proferendam alios, quã
diffinitores præteriti capituli con-
uocet, aut citet: nam quamuis extra
capitulum diffinitores suo non fun-
gatur officio in aliis, in hoc vero vo-
lumus cum eadem manere auctori-
tate & potestate, quam in capitulo
habuerunt, quod si commode hoc fie-
ri nõ possit ad minus duo ex illis cõ-
vocetur, & duo Ministri propinquo-
res. Quidquid autem cõtra factum
fuerit, siue Minister deponatur, si-
ue non, irritum & nullius valo-
ris esse decernimus & declara-
mus.

¶ Nullus tamẽ Minister inuitus pri-
uari, vel absolui poterit, nec suspēdi
Y 4 nisi

§. 27

344 *Expositio Regule fratrum*
nisi in casibus expressis in constitu-
tionibus, vel diffinitionibus nostris;
& in his quæ sequuntur, si capitulū
non tenet nisi raro; si diuino officio
ex consuetudine non interest, cum
non sit manifeste occupatus alijs ne-
gotijs ad Ordinem, vel conuentum
pertinentibus: si fratribus ex con-
suetudine verba contumeliosa di-
cit: si cōstitutiones & ordinationes
nostri Sacri Ordinis frequenter nō
legit, vel legi facit, & si nihil aut pa-
rū curat quod obseruentur: si schis-
ma, vel aliquid aliud manifeste com-
misit, per quod possit pax prouin-
ciæ perturbari: si inter sæculares est
infamis licet per fratres delictum
probari non possit; si communitatē
cum alijs fratribus nō seruat, quod
tamen sui corporis valetudo per-
mittit: si munera seu dona ab aliquo
suo subdito, præter commestibilia,
aut parui momenti receperit: si sub-
ditum suum secundum Ordinis sta-
tuta,

Ordinis Sanctis. Trinit. 345
tuta, punire noluerit de excessu, qui
per tres, vel duos saltem legitimos
testes probatus fuerit, vel (nisi ne-
gligentia Ministri intercessisset) pro-
bari potuisset: si quid commiserit,
propter quod poenæ grauioris cul-
pæ deberet subiacere; si suis sup-
rioribus rebellis, vel in obediēs fue-
rit: de quouis istorum confessus, vel
conuictus à patre prouinciali pote-
rit, vel visitatoribus ab officio suspē-
di, vel si oportuerit iuxta regulæ te-
norem priuari. Idem fieri poterit, &
debet si Minister aliquis, tam infir-
ma valetudine laborauerit, quod
domus curam gerere non possit, vo-
lumus autem quod ille qui infamis
inter sæculares inuētus fuerit (pro-
ut dictum est) omnino sine aliqua
misericordia debeat ab officio su-
spendi, & priuari, ne religionis ho-
nor detrimentum patiatur, si infam-
es in officio relictī fuerint, dum-
modo infamia sit de materia graui

& scandalosa, & seculares sint personae non parui momenti.

§.3. ¶ Minister prouincialis nisi per
De de- maiorem totius Ordinis Ministrum
positio- vel eius Vicarium seu commissarium
ne pro- generalem simul cum diffinitoribus
uincia- vel alijs duobus, vel tribus ministris
lis. minoribus deponi, priuari, aut ab officio suspendi non potest: poterit tamen in capitulum quo suum finiuit officium, corrigi & emendari, & alijs poenis puniri. Excessus vero pro quibus prouincialis poterit absolui, aut corrigi, sunt isti, (videlicet) si postposito Dei timore irreligiose viuit, vel apud fratres seu seculares de aliquo notabili vitio est infamatus: si constitutiones, & laudabiles ordinationes, siue definitiones Ordinis, vel prouinciae per prouinciam seruare non facit, transgressores (scilicet) non corrigendo, vel conuentus ad eorum obseruationem non hortando, & monendo, vel si probatos,

ros, manifestos, graues, & enormes fratrum excessus, secundum Ordinis statuta non corrigit: si munera & dona non comestibilia, vel parui momenti à fratre aliquo, vel conuentu, seu à comunità prouinciae, aut ab aliqua alia persona, eius, vel eorum nomine receperit: quae omnia postea comunità prouinciae restituere compellatur: hoc addito, vt si per Simoniam, aut propter aliquam dissimulationem, vel palliationem alicuius culpae cōpertum fuerit aliquid accepisse grauius in capitulo prouinciali à diffinitorio puniatur.

¶ Maior vero Minister si pro excessibus deponendus sit, non aliter eius depositio fiat quam per quattuor, vel quinque ministros eiusdem Ordinis magis religiosos, qui in capitulo generali ad hoc eligi debent (vt in regula praecipitur) neque aliqua eius causa nisi in capitulo generalissimo aut cognoscatur aut iudicetur. Excessus vero pro quibus Minister

§.4.
De de-
positio-
ne Mi-
nistrigo-
neralis.

§ 48 *Expositio regule fratrum*
generalis in capitulo priuari pote-
rit, si de re sufficientissime constite-
rit, & probationes excessuum fue-
rint efficacissimæ, morali modo lo-
quendo (nam qui curam aliorum ha-
bent, præcipue tam vniuersalem, in
iuste calumniam à multis pati, va-
rias ob causas possunt). Excessus in
quâ sunt isti (videlicet) si minus be-
ne de fide catholica senserit: si Dei
timore postposito in honestam vi-
tam duxerit: & si constitutiones, ac
ordinationes, definitiones que lau-
dabiles nostri Sacri Ordinis per
Ordinem seruari non fecerit, ita
(scilicet) quod probatas, vel mani-
festas, graues & enormes fratrum
culpas sæpe dissimulat, nec secun-
dum Ordinis statuta corrigit.

¶ *Numerus. 26. De nouitijs &
eorum receptione.*

¶ *Si quis huius Ordinis frater esse volue-
rit, primo per annum cum expensis suis preter
victum*

Ordinis Sanctis. Trinit. 349
victum (habitu suo & omnibus suis reten-
tis) in Ordine pro Deo deserviat: & post an-
num si bonum & conueniens videatur Mi-
nistro domus & fratribus & illi locus vaca-
uerit recipiatur, nihil tamen pro receptione
sua exigatur, si quid tamen gratis dederit re-
cipiatur, dum tamen tale sit, de quo non vi-
deatur Ecclesiæ litigium imminere. Si vero
de cuiusquàm moribus visum fuerit dubitan-
dum prolixior de eo probatio habeatur. Si an-
te receptionem aliquis se intemperanter ha-
buerit, & impatiens disciplina, ad arbitrium
ministri non emendauerit mores suos, tribua-
tur ei modeste licentia cum omnibus, quæ
attulit, recedendi.

¶ *Si quis huius Ordinis &c. nullus in* §. I.
fratrem clericum istius Ordinis re-
cipiatur, nisi. 15. ætatis suæ anno ex-
pleto, nisi ob ingenij acumen, vel
generis nobilitatem, aut religionis
vtilitatem cum aliquo in hac ætate
pater prouincialis dispensare vo-
luerit, & prius diligenter de genere
& legitimitate moribus & scientia
exami-

350 *Expositio regule fratrum*
examinetur, & ei Ordinis austeri-
tates proponantur. Examinatio ve-
ro huiusmodi fiat à Ministro & à pa-
tribus à cōsilijs, vel coram illis præ-
dicator, seu duo prædicatores in-
scientia illum examinent, & prædi-
cta in capitulo referant, & cum eorū
relatione cognita eius sufficientia
de consensu maioris partis capituli
admittatur. Nullum in fratrem cleri-
cum approbent ad habitum recipiē-
dum nisi in grammatica sufficientiā
eam habeat, qua commode possit
ad audiēdas artes transire. Examina-
tores qui in sufficientem approba-
uerint voce actiua & passiua irremis-
sibiliter per triennium careāt, mini-
ster vero ab officio sine misericor-
dia deponatur, quoties huiusmodi
defectus in huiusmodi admissio cog-
nitus fuerit. Minister tamen prouin-
cialis cum conuentus sibi subditos
visitauerit, vocet ad se admissos, atq;
iterum examinet eos, quod si in suf-
ficientes

Ordinis Sanctis. Trinit. 351
ficientes inuenerit eos ab Ordine
expellat, & examinatores atque mi-
nistrū prædictis pœnis puniat. Pro-
uincialis in hoc negligens careat
voce actiua & passiua per trienniū
quam pœnam capitulum prouincia-
le proximum exequatur.

¶ Nullus etiam ad habitum recipia-
tur, nisi requisitus, an coniugatus an
seruus, an alterius sit professionis,
an rationibus obligatus, & an ocul-
tam habeat infirmitatem, aut conta-
gio sit infectus. §. 2.

¶ Nullus præterea neophytus in
Ordine nostro recipiatur (quem de
claramus esse, nouiter conuersum
ad fidem, vel descendentem à pa-
tre, matre, aut auo, vel auia ad fi-
dem conuersis) neque vehemen-
ter suspectus in fide, neque ullus,
cuius per lineam rectam prædeces-
sores, aut frater, soror ve, vel qui-
libet patruus, auunculus, vel amita,
in carcerati ob hæresis crimen, &
puniti

B. M. puniti fuerint ab hereticæ prauitatis inquisitoribus, ita quod ab iurauerint de vehementi: Si aliquis ex supradictis ad habitū receptus fuerit, ad professionem nō admittatur, & foras protinus eijciatur: si vero quocumque modo contigerit profiteri, professio eius (ipso facto) inualida sit, & eam ex nunc irritam & nullam esse declaramus. Vbi primū aliquis prælatus de hoc certior factus fuerit sub pœna absolutionis ab officio illum de consensu patrū à consilijs habitu priuare teneatur, eiusque professionem nullam esse declarare, atque eum statim ab Ordine expellere.

§. 4.

¶ Hæc nostra constitutio ante habitus suceptionem nouitio exponatur, & iterum ei legatur in capitulo: quando coram fratribus professionem petierit, antequam ad eam admittatur, procurator conuentus in libro professionum huius publicationis

tionis mentionem faciat, & acceptationis prædicti nouitii in hunc modum. Notū sit omnibus, quod in capitulo monasterii sanctissimæ Trinitatis. N. in præsentia religiosorū capitularium frater. N. filius. N. & N. talis oppidi, vel ciuitatis & parochiæ. N. professionem postulauit: & antequam ad illam admitteretur, per me fratrem. N. ipsius conuentus procuratorem nostra hæc constitutio clara voce ei fuit pronuntiata scilicet nullus præterea neophytus in ordine nostro &c. vsq; ad §. quartum huius numeri, qui postquam eā totam suis auribus percepit, quæ sequuntur, proprio ore protulit, & subscripsit. Ego frater. N. prædictus, qui professionem peto, dico, & volo, quod si ego sum neophytus, videlicet, nouiter conuersus ad fidem, vel descēdēs a patre, matre aut auo vel auia ad fidem conuersis, vel suspectus vehementer infide vel ha-

Z

beo

beo per lineam rectam prædecessores, aut fratrem, sororemve, vel quælibet patrum, auunculum, vel amitã incarceratos ob hæresis crimen & punitos ab hæreticæ prauitatis inquisitoribus, ita quod abiurauerint de vehementi, professio mea ex nũc ipso facto nulla sit, & quodcumque hoc cognitum fuerit, quilibet huius ordinis prælatus confestim me possit habitu priuare, & ab Ordine sanctissimæ Trinitatis eiicere. In cuius fidem, ego frater . N . conuentus procurator hanc constitutionem perlegi & ab ipso subscribere feci & a reliquis fratribus capitularibus, qui præsentibus fuerunt in dicto loco tali die, mense & anno. Reliqui autem, etiam si aliquo modo sanguine sint maculati non recipiantur, nisi patri prouinciali ob generis nobilitatem, vel maximũ religionis cõmodum visum fuerit, vt ad habitum religionis nostræ admittantur.

¶ Nu-

¶ Nullus alterius Ordinis religiosus in Ordine nostro recipiatur neq; illegitimo thoro natus nisi de . P . prouincialis speciali licentia, quæ non concedatur, nisi ob notabilem nostræ religionis vtilitatem. Neque etiam viros monstruosos, vel mente captos, vel homicidas recipi permittimus: cum ex eorum receptione dedecus nostro ordini subsequatur.

¶ Quod attinet ad suscipienda suffragia pro his qui ad nostrum ordinem sunt admittendi, vt profiteantur, vel habitum recipiant, vel vt ad quartum & octauum mensem admittantur, per scripta occulta esse volumus: in vno quoque autem scripto istæ duæ litteræ scriptæ reperiãtur. A. & R. A. admitti. R. reprobari significãs eũ pro quo suffragia suscipiũtur, vel per calculos albos approbãtes, & nigros reprobãtes, hasq; litteras, vel calculos vrnæ

Z 2

inclu-

S. 5.

S. 6.

clusos minister, vicarius, & pater nouitiorum scrutetur, & in cuiuslibet absentia aduocet praelatus ad hoc vnum religiosum a susceptione habitus antiquiorem, & si admissus fuerit a maiori parte capituli, minister id conuentui exponat, si autem contra caritatiue eum expellat.

- §.7. ¶ Quotiescumque aliquis de saeculo, siue clericus siue laicus ad monasterium veniens, se Dei seruitio consecrare voluerit, ille frater, cui primo id dixerit, ministro indicet, qui eius qualitate, genere, moribus, scientia & perseverantia per patres etiam consilij cognitis, si talem prospexerit, pro quo sermo fratribus producendus videatur, in capitulo fratribus quid super eo videatur, debet proponere, atque eorum assensum & voluntatem ante susceptionem (modo in paragrapho quinto praecedenti annotato) exquirat: & si a maiori parte capituli admissus fuerit, ad capitulum

pitulum vocetur, & si probabilem in eo inuenerit perseverantiam, minister dicat, frater age gratias Deo, quod reciperis ad tam sanctum habitum, & ad istam sanctam congregationem, ut Deus sic tibi det omnia ad implere, quatenus ad vitam aeternam peruenire possis: & respondeat ille amen. Deinde minister praecipiat ei ut confiteatur, & communicet, & post communionem (ut mos fert) si clericus est tonsa capite, veniat ad capitulum, ille vero, qui non ad officium clericorum recipitur, non debet raso, nec tonsa corona venire.

¶ Congregatis ergo omnibus fratribus in capitulo, & ministro super pelliceo & stola induto (vel saltem stola) recipiendus, coram eo genua flectat: & omnia quae in formulario Ordinis sunt, dicat, & ut illic praecipitur omnia fiant. §.8.

¶ *Primo per annum cum expensis suis praeter victum* §.9.
e. nouitius a die receptionis

358 *Expositio regulae fratrum*
nis usque ad annum integrum in
probatione permaneat, ut ipse expe
riatur asperitates Ordinis, & fratres
experiantur illius mores. Et quam
uis iuxta hanc regulam primitivam
toto hoc anno deo deservire in re
ligione debebat habitu suo retento,
postea tamen in hoc est dispensatum,
concessum, et declaratum, quod non
habitu seculari, sed habitu fratrum
in Ordine permaneat, ut habetur in
regula modificata. Et ut habitus
novitiorum a professorum habitu
distingatur, ordinamus, ut in poste
rum scapularium novitiorum in lati
tudine tertiam partem vlnæ, quam
hispane vara dicimus, non excedat,
longitudo vero usque ad genua
& non nihil amplius procedat, in quo
crux sit secundum exigentiam & pro
portionem scapularii. Donati vero
(si sint) tunicam bruni coloris habe
bunt medium crucis non exceden
tem, & pallium ex eodem panno & lo
gitu

Ordinis Sanctis. Trinit. 359
gitudine facturæ laicalis sine cucul
la, scapularium erit ut communiter
secularibus datur, quod intra tuni
cam portabunt, ita ut per aperturam
tunicæ crux sit manifesta, portabunt
que birros ex eodem panno factos,
& cum exierint extra claustrum mo
nasterii poterunt galerum portare.

¶ *Nihil tamen pro receptione sua exi- Tex.*
gatur &c. Toto tempore probatio S. 10.
nis (excepto victu & vestitu) quocumque *Conc.*
q; prætextu a parantibus, vel propin *trid. ses.*
quis, aut curatoribus monasterium de *25. cap.*
bonis novitii nihil suscipiat, ne hac *16.*
occasione discedere nequeat, quod
totam, vel maiorem partem substantiæ suæ
monasterium possideat: nec facile si
discesserit, id recuperare possit,
quin potius facta Tridēna synodus
sub anathematis poena dantibus, &
recipientibus præcipit, ut hoc nul
lo modo fiat, & ut abeuntibus
ante professionem omnia, quæ
sua erant, restituantur. Insuper
2 4 præ

360 *Expositio regulæ fratrum*

præcipimus omnibus & singulis ministris sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiua, etiam & ministerii & excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, ne vlllo modo audeant circa bona hæreditaria profitendorum conuentionem aut pactum aliquod facere sine sui conuentus maturo consilio, & patris prouincialis approbatione, quæ non ante professionem aliquo modo concedatur.

S.II.

¶ Nullus in fratrem laicum recipiatur nisi pro aliqua re graui & de licentia prouincialis, & quin vigesimum suæ ætatis annum completum habeat, nec trigesimum excedat: & ante receptionem habitus, (si fieri possit) prius per integrum annum in vestitu bruni coloris humili, & honesto, monasterio deseruiat, & si hoc anno finito a maiori parte conuentus fuerit receptus (modo supra scripto) ad nouitii habitum admittatur
in

Ordinis Sanctis. Trinit. 361

in quo rursus per alium integrum annum ante professionem deo deseruiat, & non nisi iuxta formam in hac constitutione traditam profiteatur. P. vero prouincialis poterit dispensare cum aliquo ex nobili vel illustri familia genito, vel cum eo, ex quo Ordini magna possit prouenire utilitas, vt statim ad habitum nouitii recipiatur, & in maiori, vel minori ætate. Neque aliquis frater laicus discat legere, aut scribere, aut si aliquid scit plus litterarum adificat, nec quisquam eum doceat, sed satis erit sancta cum simplicitate & humilitate Christo Domino nostro seruire, ne sciens fiat clericus, aut sacros ordines recipiat, quos si susceperit perpetuo ab eorum exercitio & dignitate, & ab actiua & passiua voce sit ipso facto priuatus & humilioribus officiis occupetur. Prælati, siue religiosi cuiuscumque gradus, ordinis, & dignitatis, qui ad hoc

facultatem, fauorem, vel consilium dederit tribus continuis annis actiua & passiuua voce careat.

§. 12.

¶ Semper ante susceptionem suffragiorum illius, qui in capitulo admittendus proponitur, quilibet capitularis quidquid ei circa hoc visum fuerit, verbaliter & specialiter poterit exponere: praelatus à patre nouitiorum coram omnibus petat, vt in hoc suū ferat iudicium. Omnis praelatus, & quicumque alius religiosus cuiuslibet gradus, ordinis, & dignitatis, qui alterum religiosum perse, vel per interpositam personā ad receptionem, aut expulsionem alicuius nouitij verbis, vel donis induxerit, aut quocumque alio modo corruperit, ipso facto poenis grauioris culpæ subiaceat: & iisdem poenis puniatur religiosus cuiusque conditionis, qui in capitulo fraudulenter, vel contra rei veritatem ad nouitij receptionem, aut ex-

pul-

pulsionem suam protulerit sententiam.

¶ Cuicumque, qui habitum nostri Ordinis voluerit recipere, hæc nostra constitutio legatur, & rursus antequam ad professionem admittatur, & si postea inuentus fuerit habere quoduis impedimētum in his constitutionibus contentū, illudq; cælasse, et nō aperuisse quādo talis constitutio ei fuit exposita, si hoc cognitum fuerit ante professionem protinus foras eijciatur, si vero post professionem innotuerit, et impedimentum non fuerit ex illis, quæ iuxta nostra decreta professionem reddunt invalidam, P. prouincialis, et patres à consilio, vbi primum pro certo, et cōperto habuerint, declarent, et iudicent, cum deinceps in Ordine actiua et passiuua voce, et omni honoris officio per hanc nostram constitutionem in dispensabiliter esse priuatum, vt vbi primum

Mini-

364 *Expositio regula fratrum.*

Minister & consiliarii hoc certo sciuerint tandem sententiam & declarationem contra ipsum proferrant.

S. 14. ¶ Quoniam plurimum conducit, vt facilius, ac maturius vbi colapsa est vetus, & regularis disciplina, instauratur, & constantius (vbi conseruata est) perseueret, qualiter & quomodo instruendi sunt nouitii (nam hæc sunt religionum semina) cognoscere, destrictè præcipimus & prohibemus, ne nouitii recipiantur, nisi in domibus, & conuentibus, in quibus sunt plurimi fratres, & vbi sit domus peculiaris pro nouitiis, a conuentu distincta, intra quam contineantur. Quod si aliqui in aliis conuentibus habitum petierint ex quorum receptione & honor, & utilitas, illis accrescet, de consensu ministri, & capituli ad habitum recipiantur, & ad alios magnos conuentus statim mittantur, in quibus profitebuntur, pro
con

Ordinis Sanctis. Trinit. 365

conuentibus tamen in quibus receperunt habitum: ad quos etiam pertinebunt, quæ hæreditario iure professis illis obuenerint.

¶ Minister de consensu discretorum nouitiis de patre prouideat, qui in religione sit diu educatus, & in cæremonijs Ordinis probe & scienter expertus: cuius vitæ integritas nota sit, & nouitijs cædat in exemplum: & qui matutinis & cæteris cõmunitatibus semper assistere possit: quiq; eosdem in officio, moribus scientia, cantu, regula constitutionibus, & cæremonijs religionis studeat enutrire: frequenter, pure, & discretè eos confiteri doceat. Curet etiam diligenter scire, vtrum iusta nostra præcepta confiteantur, & an Missis assidue interfint: & humilitatem cordis & corporis eos habere admoneat, (iuxta illud Saluatoris, discite a me quia mitis sum & humilis corde) sine proprio viuere, obe-

S. 15,
De institutione Patris nouitiorum.

Matth
u.

dien-

366 *Expositio regulae fratrum*
dientiam voluntariam in omnibus
feruare, & castitatem inuiolabiliter
custodire decalogū & omnem do-
ctrinam christianā integre scire, re-
gulamq; memoriæ mandare & quo-
modo se habere debeant, in omni-
bus instruere. Amabilem se præstet
& vitæ integritate & discretione
ita se gerat, vt omnes, qui in proba-
tione sunt, ad eum in suis tentatio-
nibus confidenter confugiant, eiq;
se ipsos confidenter aperiant, & ab
eo cōsolationem & auxilium in om-
nibus in domino sperent. Habeatq;
pater nouitiorum potestatem ordi-
nariam absoluedi à casibus refer-
uatis nouitios, & eos, qui sub ipsius
cura degunt, (nisi Ministro hæc fa-
cultas aliqua de causa restringenda
videatur) pœnitentias in nouitiatu
tantum suis subditis imponere po-
terit, extra vero non nisi eas, quæ in
fra declarantur, nisi consulto mini-
stro. Versatū esse oportet in lectio-
ne

Ordinis Sanctis. Trinit. 367
ne librorum spiritualium, vt dece-
ptiones, quæ in spiritali vita acci-
dunt, non tantum experimento, sed
etiam lectione intelligat. Quibus
autē vtiliter ipse vti poterit ijfere
sunt, *Basilij Ascetica, & regula. Gregorij*
Moralia, Augustini confessiones & medi-
tationes. Bernardus. Bonauenturæ opuscula.
Cassianus. Hugo de Sancto Victore. Richar-
dus de Sancto Victore. Innocentius de con-
temptu mundi. Dionisij Cartusiani opuscula.
Albertus Magnus de virtutibus. Ludouici
Granatensis orationes & meditationes. Gre-
gorij dialogi. Eusebij historia Ecclesiastica.
Vita Patrum selectæ. Nouitijs vero
eos tantum legendos tradet, qui
nostro instituto conueniunt. Ad-
moneat crebro nouitios, vt in om-
nibus rebus Deum quærant, et in
suis actionibus intentionem pu-
ram ad Dei beneplacitum dirigant,
vt familiares cum Deo in spiri-
tualibus deuotionis exercitijs esse
curent, et tandem ita sint instructi,
vt

368 *Expositio regule fratrum*

vt nihil perfectionis, quod diuina gratia consequi possit in absoluta nostræ religionis obseruatione prætermittant. Omnes perspectos habeat, vt magis illis prodesse possit, ad quod iuuabit cum illis frequenter sigillatim agere, et rationem ab vno quoq; rerum suarum suauiter exigere, in his autem priuatis colloquijs magnam vtilitatem positam esse sciat. Det operam, vt nouitij religiosam modestiam præferant iuxta regulam et cõstitutiones quæ de ea conscriptæ sunt, num. 19. in quibus diligenter instituendierunt. Si aliquis sollicitetur, vel perturbetur ab hominibus, qui inuia spiritus nõ bene procedunt, et expediat illum in alium locum transferri, Ministro domus et ministro prouinciali tempestiue moneat. Si aliquando permittendum videretur prælato, vt aliquis cõsanguineus, vel amicus quem in sæculo habebat alloqueretur
coram

Ordinis Sanctis. Trinit. 369

coram illo, vel alio patre antiquiori id fiat, et breuiter, nisi particulares ob causas aliud statuerit Minister domus.

¶ Nouitii capitulo intersint, & vbi §. 18. primum suas culpas humiliter pronunciauerint, accepta pœnitentia, cum silentio in domum nouitiorum eant: pater vero nouitiorum in dicta domo eorum culpas audiat, ad minus feria tertia, quinta, et sabbatho, et omnibus diebus quibus ei visum fuerit, et eos leniter, ac caritatiue corripiat, et pœnitentias anni probationis eos adimplere faciat: videlicet quod puri nouitij semel in vna quaq; hebdomada in pane et aqua ieiunent, et etiam semel in hebdomada ad matutinas et primam ante chori ostium vsq; ad egressum totius conuentus prostrati iaceant, et semel in ipsa hebdomada sine culpa a patre virgis in dorso verberentur.

370 *Expositio regulae fratrum*

§. 17. ¶ Pater nouitiorum idoneo tempo-
Capitu- re diebus supra dictis et quando ei
lum Pa- visum fuerit, capitulum habeat cum
no- religiosis sibi subditis, et vbi primū
o- omnes congregati fuerint, pater no-
 uitiorum stans incipiat psal. *Ad tele-*
nani oculos meos. quem reliqui omnes
 vsque ad finem prosequantur cum
gloria patri &c. Quo recitato, pater
 nouitiorum dicat vers. *saluos fac seruos*
tuos. R. Deus meus sperantes in te. vers. *Ore-*
mus pro Papa nostro. N. Res. *Dñs cōseruet*
eum & viuificet eum, & beatum faciat eū
in terra, & non tradat eum in animam ini-
micorum eius. Vers. Domine exaudi. Res.
& clamor. etc. Vers. Dominus vobis-
cum. Resp. et cum spiritu tuo.

Oremus.

¶ Deus omnium pastor, & rector
 famulum tuum. N. quem pastorem
 ecclesie tuæ præesse voluisti, propi-
 tius respice, da ei, quæsumus ver-
 bo, et exemplo quibus præest, pro-
 ficere, vt ad vitam, vna cum grege si-

bi

Ordinis Sanctis. Trinit. 371

bi credito perueniat sempiternam
 per Christum etc. Rursus dicat pa-
 ter nouitiorum *Vers. Oremus pro Ordine*
nostro. R. Domine Deus virtutum conuer-
tere et respice de coelo, et vide, et visita
vineam istam, et perfice eam, quam planta-
uis dextera tua.

Oremus.

¶ Omnipotens sempiterne Deus, cu-
 ius spiritu totum corpus ecclesie
 sanctificatur, et regitur, exaudi nos
 pro nostro et vniuersis Ordinibus
 supplicantes, vt gratiæ tuæ mune-
 re ab omnibus tibi gradibus fide-
 ter seruiatur. Per Christum etc.
 Deinde idem dicat, *Vers. Oremus pro*
Rege nostro. N. Res. Domine saluum fac Re-
gem nostrum. N. Exaudi nos in die, qua in-
uocauerimus te.

Oremus.

¶ Omnipotēs sempiterne Deus cle-
 mētiam tuā supplices exoramus, vt

Aa 2 popu

populo tuo in tanta necessitate po-
 fito misericorditer succurras, et re-
 gem nostrum. N. quem ei dedisti, be-
 nignus illustres, quatenus per te ab
 omni aduersitate defensus, eundem
 populum euigilanter regere, et iu-
 ste gubernare valeat per Christum,
 &c. post hæc incipiat. *Psalmum de pro-*
fundis, quem omnes alij alternatim
 prosequantur cum *requiem æternam*
Ec. quo finito dicat. *Pater noster Ec.*
Vers. Et ne nos inducas Ec. Ver. A porta in-
feri. Resp. Erue Domine, Ec. Vers. Re-
quiescat in pace. Resp. Amen. Vers. Domi-
na exaudi Ec. Vers. Dominus vobiscum.

Oremus.

¶ Deus veniæ largitor & huma-
 næ salutis amator, quæsumus cle-
 mentiam tuam, vt nostræ congrega-
 tionis fratres, propinquos, et bene-
 factores, qui ex hoc sæculo transi-
 erunt, Beata Maria semper Virgi-
 ne intercedente cum omnibus san-
 ctis tuis, ad perpetuæ beatitudi-
 nis

nis consortium peruenire conce-
 das. ¶ Fidelium Deus omnium
 conditor, et redemptor animabus
 famulorum, famularumque tuarum
 remissionem cūctorum tribue pec-
 catorum, vt indulgentiam, quam
 semper optauerūt, pijs supplicatio-
 nibus consequantur: qui viuus &c.
Resp. Amen. Vers. Requie in æternam,
Vers. Requiescant in pace. His peractis
 pater nouitiorum sedeat et serua-
 to ordine capituli conuentualis
 tradito num. 20. nostrarum con-
 stitutionum, singulorum culpas au-
 diat, et puniat, et ad id etiam duos
 proclamatores ex eisdem fratri-
 bus professis singulis mensibus
 constituat, qui, dum reliqui suas
 culpas confitentur, sedeant. Et quā-
 do alios (modo consueto) procla-
 mauerint, stent, et post singulas pro-
 clamations iterum sedeant: vlti-
 mo que loco surgāt, et ante patrem
 nouitiorum genua flectentes suas

culpam similiter proferant, postquam vero suas culpas protulerint, & agnouerint, si verberandi non fuerint, accepta alia poenitentia in suis locis sedeant, alioquin flexis genibus stabunt quousque disciplinam accipiant. In toto hoc capitulo, tam puri nouitii, quam religiosi professi simul adesse debent. Post hæc nouitiorum pater iuxta formam capituli conuentualis iam citati capitulum finiat.

§. 18.

¶ Præterea pater nouitiorum eis signanter præcipiat, ut diligenter libros, et vestes, et res alias monasterii custodiant: locis et temporibus supra scriptis silentium obseruent, et vbique submissa voce loquantur, oculosque ad terram demissos habeant: et si a prælato fuerint reprehensi, quomodo veniam petant genibus flexis, pater eorum moneat. Denique

COS

eos doceat, quomodo et quid orent, et quam silenter, ne alios impediant, et quod puri nouitij per integrum probationis annum, vbique silentium custodire teneantur, nisi ex rationabili causa cum aliquo dispensetur.

¶ Nouitij puri et professi, etiam ordinibus diaconatus, et subdiaconatus initiati omnino sub cura patris nouitiorum in domo nouitiorum maneant, et habitent vsque ad præbyteratum. Laici vero fratres etiam per sexennium sint sub cura eiusdem: quos doceat, quæ illorū sunt muneris, & cogat, ut choro intersint, & alia, quæ (iuxta nostra statuta) necessaria fuerint.

¶ Puri nouitij extra conuentū non mittantur, neque his officiis occupentur quibus distractionis præbeatatur occasio. Recedentes tamen sine licentia cum habitu à conuentu pro refutatis ab

Aa 4

Ordine

376 *Expositio regula fratrum*

Ordine habemus, & si reuersi fuerint transactis octo diebus spatii, vel si ad alium conuentum diuertent, & fuerint recepti, volumus annū approbationis denuo inchōari ab illo die, in quo iterum ad habitū sunt admissi. Hortamur autem vniuersos fratres, vt puris nouitiis ad sæculum redire volentibus tribuant libere, & absque vlla molestia recedendi facultatem, cum omnibus, quæ secum de sæculo attulerunt, exemplo Christi Domini, qui discipulis aliquibus recedentibus, aliis remanentibus, dixit, & vos vultis abire?

Ioã. 6.

§. 21.

¶ Prouidentes, qua debemus cura nouitiorum educationem, ordinamus, quod minister cuiuscumque conuentus, eorum approbationem & profectum fratribus proponat in capitulo quarto quoque mense anni probationis (vt supra diximus) quo examine facto si nouitius in religione,

Ordinis Sanctis. Trinit. 377

ligione, & morum probitate visus fuerit proficere, retine. i poterit, sin minus statim expellatur, ne suis de prauatis moribus alios inficiat, & ne monasteriorum bona frustra dissipentur. Nouitius vero a conuentu semel reprobatus, vel a religione expulsus, in eodem monasterio, aut in alio nostri Ordinis ad habitum nūquam admittatur.

¶ Volumus autem ad omnem iniustitiæ rationem tollendam vt nunquā nouitius semel receptus inuitus expellatur pro impotentia aliqua, vel quibuscūque defectibus qui ab initio noti fuerunt fratribus excepto grāmaticæ. Nihilominus tamen minister qui huiusmodi nouitios admittit, puniatur vt supra dictum est. Quare purus nouitius semel receptus non poterit expelli a Ministro infra probationis terminum, nisi prius declaratis aliis iustis, aut legitimis causis patribus a consiliis,

§. 22.

378 *Expositio regulæ fratrum*
ob quas non decet eum in Ordine per-
mitti: quas etiam causas, minister in
capitulo explicare tenebitur coram
fratribus suffragia ferentibus, si pu-
blicatione dignæ fuerint.

*Numerus 27 de profitendis & eo-
rum professione.*

*¶ In Ordine vero aliquis non recipiatur
antequã annum videatur vigesimum com-
plevisse, professio vero in arbitrio ministri re-
linquatur.*

§.1. ¶ Sacri concilij Tridentini de-
creto inhærentes præcipimus om-
nibus ministris, quod finito tempo-
re novitiatus, omnes novitios, quos
habiles inuenerint ad professionem
admittant, aut e monasterio eos eii-
ciant. Sic enim professionem ar-
bitrio ministri relictam esse decla-
mus, quod postquã ad profitendum
fuerit a maiori parte capituli ad-
missus arbitrio ministri relinqua-
tur,

Ordinis Sanctis. Trinit. 379
tur quo vel quali die profiteatur, et
quamuis iuxta regulæ institutionem
si de cuiusquã novitii moribus vi-
deatur dubitandum, poterat de illo
prolixior haberi probatio. Nolu-
mus tamẽ hac vti licentia, probatio-
nem ultra annum differentes: sed quod
statim completo anno probationis
minister factò diligenti examine de
vita & moribus illius, illum in ca-
pitulo proponat, vt vel admittatur
vel e monasterio eiiciatur. Quod
si semel in capitulo propositus re-
probetur, secundo nullo modo
pro eo (vt dictum est) iterum
suffragia recipiantur, ne sic in ha-
bilis, & ineptus propter ministri
vel aliorum importunitatem in Or-
dine in magnam illius perniciem re-
maneat.

¶ Professionem, antequam vi- §.2:
cesimum ætatis suæ annum a-
liquis videatur complevisse, vel
saltem ante decimum sextum æta-
tis

tis annum explectum fieri omnino prohibemus; neque quiminoritate tempore, quam integro anno à suceptione habitus in probatione fuerit, ad professionem admitti volumus, irritam namque sancta Tridentina synodus professionem ante factam decernit. Quare si ante decimum quintum annum quis religionis habitum susceperit, annus probationis minime elabatur, nisi decimo sexto expleto.

§.3. ¶ Nullus ad professionem (si frater clericus sit) recipiatur, nisi sciat plene & expedite dicere, & legere diuinum officium solus, & sciat (vt dictum est) grammaticam & regulæ & constitutionum, quas obseruare debet, reddat rationem, & per duos menses ante finem probationis prædicti examinatores teneantur eum examinare & eius sufficientiam ministro & capitulo referre, & si multum in his deficiens habeatur, ea quæ dicta

sta sunt discere præcipiatur intra probationis tēpus, aliàs si eis æquū videbitur, expellatur. Tamen si ad professionem admittendus sit, de maioris partis capituli consensu fiat & per schedulas & suffragia secreta sicut dictum manet in numero precedenti, & tunc ante professionem generalem de peccatis suis faciat confessionem, & professionis die prius quam se votis obliget, a celebrante Missam maiorem sacrosanctum eucharistiæ sacramētum accipiat.

¶ Postquam de moribus nouitii & aliis fuerit consultum & omnibus, vel maiori parti capituli seu vocalium visum fuerit, quod ad profitendū admittatur, signetur illi dies quo profiteri debet, et professio illi concedatur modo qui est in formulario.

¶ In quolibet conuentu sit peculiaris liber, in quo scribantur professiones, & qui eas faciunt notato anno, mense & die, & prælati recipientis

§. 4.

§. 5.

382. *Expositio regule fratrum*
pientis ad professionem nomine, &
sub quo patre prouinciali, ac reue-
rendissimo generali Ministro & ex
qua ciuitate, vel oppido sit ortus,
vel oriundus, scribanturque nomi-
na patris & matris suæ, quæ omnia
faciat pater nouitiorum, & suo no-
mine subscribat adhibitis testibus.

*Numerus. 28. de pignoribus
& decimis.*

*¶ Pignora non accipiant nisi decimas cum
licentia sui episcopi.*

*¶ Ne fratres nostri deo militantes
negotiis se implicent sæcularibus,
præcipimus omnibus, maxime mi-
nistris vt nullomodo pignora acci-
pian aut aliquid pignori obliga-
tum, nec pro pignoribus pecunias
reddât, aut cōtractus pignoratitios
faciant, hæc enim omnia ad sæcula-
res pertinent, non ad religiosos,
quorum domus non negotiationi,
sed*

Ordinis Sanctis. Trinit. 383
sed orationi sunt dedicatæ. Possunt
tamen decimas accipere, si alicuius
donatione illis fuerint donatæ, non
tamen decimas dare.

*Numerus. 29. de iuramentis non fa-
ciendis & appellationibus re-
mouendis, & aliis præ-
ceptionibus.*

*¶ De manu laici iuramenta non faciant, ni-
si in magna necessitate cum licentia ministri
vel iussi ab episcopo suo vel ab alio vices a-
postolicas gerente: & hoc pro honesta & ius-
ta causa. Si quod vitium in re quæ vendi-
tur notum fuerit indicetur emptori. Deposi-
tum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat
eis suscipere.*

*¶ Cum sacer hic noster ordo a sæcu-
laribus iudicibus omnino sit immu-
nis, immediate que sūmo pontifici
subiectus existat præcipimus quod
nullus frater de manu laici iuramen-
ta faciat, nisi pro aliqua mag-
na necessitate, & hoc non aliter
nisi*

384 *Expositio regulæ fratrum*

nisi de licentia Ministri, vel iussus ab aliquo vices Apostolicas gerente, & hoc pro honesta & iusta causa.

§.2. ¶ Insuper ne delicta maneant impunita, & obedientia in Ordine nostro per friuolas appellationes infringatur, ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus sancti & sub sanctæ obedientiæ præcepto formali, & sub excommunicationis latae sententiæ poena fratribus nostris, quod pro nulla causa aliquis appellet ad iudicem sæcularem, qui contra hoc fecerit, & contra obedientiam appellare præsumperit, ultra censuram supra positam ipso facto sit absolutus ab officio quocumque quod habuerit, & carceri mancipatus & priuatus voce actiua & passiua, & inhabilis ad administrationem, nec possit cum ipso per capitulum prouinciale nec generale ante annos duodecim dispensari.

§.3. ¶ Appellans autem absolute facta,

Ordinis Sanctis. Trinit. 385

facta, vel facienda ab officiis administrationis prouinciæ, vel ministerii, seu vicarii, aut alterius officii (etiam prætextu grauaminis sibi facti) ipso facto sit absolutus ab officio, volentes quod in nostris ratio grauaminis, tam proprii quam communis, non habeat locum quoad appellandum.

Item ad nullum iudicem extra Ordinem (nisi ad sedem Apostolicam) pro iustitia recurrat sub poena absolute

§.4. §.5. Nemo sub quouis prætextu audeat regiam adire curiam, vel locum ubi rex fuerit, aut quinque saltè leucis à curia, vel a rege distantem, sine patris prouincialis licentia in scriptis obtenta: subditus secus faciens, voce actiua & passiua triennio careat, prælatus vero præter id ab officio absoluator.

Numerus. 30. de hospitali & pauperibus infirmis.

¶ Ipsa die qua infirmus venerit vel asportatus fuerit, de peccatis suis confiteatur & communice.

§. i. *¶* Hic non de infirmis fratribus, sed de pauperibus infirmis regula precipit, quod ipsa die qua ad hospitalia domorum nostrarum asportati fuerint, de peccatis suis confiteantur Ministro, vel ei cui Minister iniunxerit (vt habetur in regula modificata) & communice. Ex qua & aliis regularibus preceptionibus satis colligitur fratres nostros ita ad pauperum subventionem esse obligatos, vt non solum pauperibus per domos alienas mendicantibus, & extra monasteria degentibus subuenire teneamur, sed etiam in propriis monasterijs vel prope ea pauperes habere, hospitalia que, vel aliquam domus partem pro pauperibus recipiendis

dis & curandis deputare. Qua propter ne a primæua nostra institutione omnino recedamus, precipimus omnibus prouincialibus & Ministris domorum nostrarum, vt singulis domibus locum aliquem pro pauperibus recipiendis & curandis deputare studeant illis que iuxta posse domus necessaria ministrent, aliquam partem bonorum conuentus pauperibus applicantes (iuxta cuiusque posse) vt supra de captiuis dictum est, contrarium facientes seuerè puniantur.

Numerus. 31. de suffragiis fratrum defunctorum & receptione Missarum.

¶ *Omni secunda feria præterquam in octa. Text. uis Paschæ & Pentecostes, & Natiuitatis domini, et Circumcisionis, et Epiphaniæ, et præterquam in festiuitatibus, quæ ad colendum pronuntiantur, finita Missa pro fidelibus fiat absolutio fidelium defunctorum in cœmiterio.*

¶ Om.

§. 1.

¶ Omni dominica præcedenti secundam feriam, in qua est facienda absolutio & processio defunctorum debet decantari vigilia trium lectionum pro fratribus & benefactoribus defunctis, similiter pro eisdem defunctis benefactoribus & fratribus, quattuor anniuersaria solennia fiat ubi Missa, & totum officium defunctorum cantetur, & processio fiat (videlicet) ante festum paschæ penthecostes natiuitatis Domini, & in die animarum, atque singulis totius quadragesimæ dominicis, vespere & vigiliæ defunctorum recitentur vt in breuiario assignatur.

§. 2.

¶ Quando aliquis Minister vel religiosus obierit, in aliquo ordinis monasterio, vel extra, in die qua eius obitus nunciatus fuerit, in domo suæ habitationis fiat recomendatio ad plenum, nihil que dimittatur, & officium sepulturæ cum officio defun-

functorum pro ipso (vt habetur in *Constit. de virt.* cæremoniali Ordinis) dicatur. Quod si propter fratrum paucitatem officium decantari non possit, summissa voce fiat. Si sacerdos fuerit in humatione eius omnes sacerdotes stolas ad collum habeant: per nouem que dies ab eius obitu Missa conuenticualis solennis decantetur, celebrentur quæ obsequiæ secundum domus posse, & personarum dignitatem. Quod diligenter observari mandamus in virtute sanctæ obedientiæ sub poena grauis culpæ omnibus prælatis.

¶ Bona fratris defuncti, quo ad illa quæ ab aliquo conuentu habuit, sint illius, quæ vero aliter acquisiuit, sint conuentus cuius est filius: quæ vero hæreditario iure, illi ob venerint vel obueniunt, erunt conuentus suæ professionis, etiam si aliterius conuentus factus fuerit filius.

§. 3.

390 *Expositio regula fratrum*

§.4.

¶ Quilibet frater illius Domus pro fratre defuncto tres Missas celebret religiosus vero clericus non sacerdos tria defunctorum officia pro ipso dicat : laicus autem centum quinquaginta Pater noster. Missam pro fratre defuncto minister cantet si præsens in conuentu fuerit, & totum officium exequiarum agat. In quolibet etiam conuentu prouinciae, die quo eius obitus annunciatu fuerit, solennis vigilia trium lectionum, ac conuentualis Missa pro eius decantetur anima.

§.5.

¶ Ministris præterea & præsentibus nostrorum conuentuum, & aliis, qui stipendiis, & eleemosynis Missarum sunt deputati, districte mandamus, vt Missarum per singulos dies aduenientium eum tantum numerum admittant, quem commode possint implere, ne ultra modum grauati, occurrentibus aliis

Ordinis Sanctis. Trinit. 391

aliis occupationibus satisfacere ne queant: & ne hac occasione sacerdotes, aut non ad modum dispositi, aut ex consuetudine potius quàm deuotionis affectu ad tremendum altare interim accedant. Si vero maior Missarum numerus, quam qui adimpleri possit, receptus inueniatur, inuiolabiliter mandamus, elemosynas earum seruari, vt quàm primo perse, vel per alios satisfaciant. Atque circa hoc pater prouincialis & visitatores euigilent.

§.6.

¶ Et ne deinceps suffragiorum, & Missarum grauamina nostris conuentibus imponantur, nulla perpetua obligatio ad certas Missas, vel suffragia admittatur: nisi tale fuerit sustentationis annexum subsidium, quod prudentium consilio sufficiens extimetur. Vt vero maiori consideratione hoc fiat, volumus quod huiusmodi contractus, rati non habeantur, nisi

392 *Expositio Regulae fratrum*
praelati & maioris partis conuentus
consensus accesserit. Praelati opposi-
tum facientes, à suis quidem officiis
absoluantur.

§. 7. ¶ Nullus frater audeat Missarum
stipendia recipere sine sui ministri
licentia, neque minister facultatem
cuiquam concedat, vt ultra Missas illi
ab Ordine concessas plures dicat
aut recipiat; vterque aut alter secus
faciens semel poena grauis culpæ, se-
cundo vero poena grauioris culpæ
puniatur.

¶ Numerus. 32. *De oratione*
fratrum & benedicta.

¶ Singulis quoque noctibus (ad minus)
in hospitali coram pauperibus pro statu &
pace sancte Romanae Ecclesiae, & totius
Christianitatis, & pro benefactoribus, &
pro his, pro quibus generalis ecclesia consuevit
orare, communis fiat oratio.

§. 1. ¶ Declaramus quod hora qua pul-
satur ad benedictam, in qua omnes
fratres,

Ordinis Sanctis. Trinit. 393
fratres, etiam patres prouinciæ, Ma-
gistri & graduati, etiam infirmi si nō
dum in lecto maneant, & omnes offi-
ciales (qui cum ad istam horam pul-
satur, debent habere omnia sua offi-
cia completa, vel relinquere) & præ-
latus cum illis sub poena grauis cul-
pæ debent in choro, vel in hospitali
conuenire, ibique communem ora-
tionem habere, secundum quod in
regula & in cæremoniali Ordinis
præcipitur.

¶ Numerus. 33. *De regula-*
ribus horis & canonicis.

¶ In regularibus horis morem beati Vi-
ctoris obseruent, nisi forte pausationes, vel
aliæ prolixitates, vel vigilæ, occasione la-
boris, & paucitatis seruientium, de consilio
piorum, & religiosorum virorum fuerint re-
mittendæ. Propter paucitatem etenim suam,
tantas pausationes in psallendo facere non te-
nebuntur, nec ita tempestiue surgere.

¶ Cum nihil operi Dei sit præ-

Bb 5 po-

2. Ber.
gen.

§. 1.

I. G. inponendum, regularibus & canonicis
C. Cervi horis, tam laici quã clerici interesse
frigidi debet, & qui operibus præfunt, vel
anno. alijs deputati sunt, exceptis (dum-
 1429. taxat) debilibus & propter infirmi-
 tatem ad ecclesiam venire non va-
 lentibus, & his etiam exceptis cum
 quibus prælatus ob prædicationẽ,
 vel studium seu laborem dispẽfare
 voluerit. Nullo tamen modo dispẽ-
 fabit Minister cum prædicatore nisi
 in matutinis, & prima, & hoc in heb-
 domada qua contionaturus est, ad
 cæteras horas choro interesse de-
 bet, nisi fuerint tot sermones in heb-
 domada quod rationabiliter non
 possit hoc fieri. Quod si aliquis sine
 prælati licentia defuerit, communi
 cibo careat, ac si creuerit culpa cre-
 scat & poena.

§. 2. ¶ Nullus incæpta hora canonica
 vsque ad eius finem è choro exeat
 sine necessaria causa: qui è choro
 exierit, morã non faciat, quã si fece-

rit

rit culpã suã in capitulo cognoscat.

¶ In festis solennibus omnes (quã *§. 3.*
 uis graduati sint) matutinis interfint *Vbi su-*
 exceptis infirmitate laborantibus. *pra. 10.*
 Si qui defuerint communi cibo ca-
 reant, ac si creuerit culpa crescant
 & poenæ.

¶ Minister cū suis fratribus simul *§. 4.*
 choro interfint, diligenter que stu- *Talan.*
 deat, vt horæ canonicæ cum reue- *in cap.*
 rentia & Dei timore dicantur: non *provin.*
 magnæ voces seu vlulationes in cãtu *anno.*
 fiant, Sed leniter & succinctè dican- *1519.*
 tur sine exclamatione & lōgo pũcto
 ita quod in media clausula fiat mora
 neque alter chorus versus suũ inci-
 piat, donec versus alterius chori ple-
 ne fuerit terminatus. Nullus alium
 in psallendo præueniat, aut sequa-
 tur: sed simul omnes conueniant.
 Hoc tamen omnino in perpetuũ ob-
 seruari volumus vt vltimus versus
 psalmorum aut hymnorum qui Tri-
 nitatis Mysterium cõtinet expresse

in

396 *Expositio regulæ fratrum*

in choro canatur sine aliqua interruptione aut organi pulsatione & quod in fine omnium horarum, cū à choro fuerit discedendum, dicatur semper oratio, Sacrosanctæ pro defectibus, vt habetur in cæremoniali. Ministri in omnibus solennibus, & præcipuis festiuitatibus officium agant, dummodo legitima occupatione impediti non sint. Cætera ad Diuinum officium spectantia ab Ordinis cæremoniali assumi volumus.

S. 5.

¶ Quia sacrilega res est, in choro, aut in templo diuinis rebus dicato, cantilenas prophanas, aut diuinas tonis cantare sæcularibus, distrahentibus à diuinorum contemplatione cachinos, aut risum prouocantibus, nam grauitèr obiurgantur ab Amos propheta diuites Samariæ, quod cōcentibus leuibus, & parum pudicis, psalmos Dauidicos modularentur. Quicāntis (inquit) ad vocē psalterii
ideo

Ordinis Sanctis. Trinit. 397

ideo præsentī statuto omnino mandamus, ne nocte Natiuitatis Domini aut Resurrectionis, aut alio quouis die, quisquam sit ausus in choris nostris, modulationibus huiuscemodi grauitatem diuinorum officiorum labefactare, secus faciens vt publici scandali author puniatur: & Minister aut prælatus quiuis id permit- tens ipso facto à suo officio sit priuatus.

¶ Qualibet secunda, quarta, & sex S. 6.
ta feria quadragesimæ post solis occasum omnes simul disciplinam habeant, cum psalmo *misere mei*, & antiphona *Christus factus*, & versu *dederunt in escam meam fel. Res. & insiti mea potauerunt me aceto.* & oratione, *respice quæsumus Domine.* In Maiori hebdomada erit disciplina quarta, quinta & sexta feria. Pater vero nouitiorum cū illis qui sunt sub eius cura, habebit disciplinam omni feria sexta anni: qui disciplinæ non adfuerit (excepta

398 *Expositio regule fratrum*
ta infirmitatis causa) panem & aquam
in terra comedat.

§. 7. ¶ Sanctum præterea eucharistiæ
sacramentum quod in mundissimis
corporalibus, & custodia clausum
esse debet, omni quinta feria solen-
niter innouari volumus.

§. 8. ¶ Quia scriptum est maledictus
B. g. in qui facit opus Dei negligenter, sta-
cap. ce tuimus & ordinamus, ne de cætero
lebr. in maioribus Missis celebrandis, si-
Gran. ue de festo vel de dominica, siue pro
ann. defunctis celebrans sacerdos alta
1578. voce canere omittat præfationem
ecclesiasticam, & Præceptis salutari-
bus moniti, vna cum Pater noster.
Neque volumus organorum pulsa-
tionem ac contionem euangelicam
occasionem præbere abreuiandi ali-
quid à cõsuetudine ecclesiastica in
Missarum celebratione: fiatque matu-
rior & celerior rerum diuinarum in-
choatio. Porro volumus vt in choro
cântetur alta voce Gloria & Credo si-
ne

Ordinis Sanctis. Trinit. 399

ne organis, sitq; in choro cantus pla-
nus. Quod si cãtor in choro & sacer-
dos celebrans contrarium fecerint
(dũ celebratur alta voce) in refecto-
rio vescãtur pane & aqua, si deinde
neglexerint in carcerentur: postre-
mo tandẽ si ommiserint, graui disci-
plina corporali puniantur, Minister
vero sine Vicarius arbitrio prouin-
cialis puniantur.

§. 9. ¶ Fratres vero laici cũ ad matuti-
nas surrexerint dicant Pater noster
Auemaria, & Credo in Deũ, quod fa-
ciendũ ante primã, & post cõpleto-
riũ. In matutinis dicto pater noster,
Auemaria, & Credo in Deũ, dicant,
Dñe labia mea aperies, &c. & Deus in adiu-
torium &c. cũ gloria patri: terquinq; Pater
noster dicẽt, & pro laudibus decies,
& in fine addãt, per dñm nostrũ & dein-
de benedicamus Dño, in vesperis vero
quattuor decim Pater noster dicãt.
In alijs vero horis, primã, tertã, sex-
ta, & nona, & cõpletorio, dicãt pro
qua-

400 *Expositio regula fratrum.*

qualibet hora septies Paternoster. Pro officio minori beatæ Mariæ dicent tot Auemarias pro qualibet hora, quot Paternoster dicunt pro officio maiori in qualibet hora, & in fine cuiuslibet horæ beatæ Virginis dicent Salve regina &c.

§. 10. ¶ Omni die festiuo anni fiat con-
tatio in omnibus nostri ordinis mona-
steriis, nec non & omni feria quar-
ta, & sexta quadragesimæ.

¶ *Numerus. 34. de rasura
fratrum.*

Tex. ¶ *In rasura similiter ordinem sancti Vi-*
nu. 34. *ctoris sequantur clerici: laici vero barbas
non radant, sed eas crescere modeste permit-*
tant.

§. 1. ¶ In rasura ordinem sancti Victoris
sequantur clerici (videlicet) coro-
nas amplas paucorum capillorum,
quantitate trium digitorum super
aures, ita vt discoopertas habeant
vt sit proportio quædam in circui-
tu

Ordinis Sanctis. Trinit. 401

tu plus minus ue, ut dispositio par-
uū capitis exigit. Fratres vero lai-
cos nullo modo coronas habere per-
mittimus, sed in superficie capilli
capitis tondantur. Barbas similiter
tonderi volumus, ita quod nullate-
nus cū nouacula radantur, sed eas ad
modum Templariorum, vel conuer-
sorū Cisterciensium crescere mo-
deste permittāt, vt habetur in regu-
la modificata. Minister qui coronam
aut barbam rasam laico concesserit
ab officio ipso facto absoluetur. Si
vero Minister prouincialis fuerit,
per capituli prouincialis diffinitio-
res seuere corrigatur, & nihilomi-
nus frater laicus tali concessione
priuetur.

¶ *Finis declarationis
regulæ*

**CONSTITUTIONES EX
TRAVAGANTES DE
ALIIS QUÆ IN REGULA NON
continentur, neque ex illa deri-
uantur, quæ tamen maxime
necessariæ & antiquis-
simæ sunt.**

*Caput primum de studentibus
& eorum Magistro.*

S. r. **L**ITTERARVM maxime di-
uinarum studium plurimum va-
let ad contemplationem, & ad triū
votorum obseruantiam: & sic maxi-
me congruit religioni. Contempla-
tionem enim iuuat illuminando in-
tellectum, & contemplationis peri-
cula, scilicet errores, qui in contem-
platione diuinorum frequenter ac-
cidunt his, qui scripturas ignorant,
remouendo. Vnde dicit Gregorius,
quod

quod nonnulli dum plus exquirunt
contemplando quam capiunt, vs-
que ad peruersa dogmata erumpūt.
Iuuat etiam ad votorum obseruan-
tiã, & primo ad vitandam carnis las-
ciuiã, iuxta illud Hieronymi dictū
ama scripturarum studia, & carnis
vitia non amabis. Secūdo ad aufe-
rendam diuitiarum cupiditatē, iux-
ta illud sapientiæ septimū, Diuitias
nihil esse duxi incomparatione il-
lius, & illud Philosophi, melius est
philosophari quam ditari. Et tandē
iuuat ad obedientiam, dum ex do-
ctrina scripturarum obedientiæ do-
cumenta monstrantur. Vnde Augu-
stinus ait, quæ est ista peruersitas, le-
ctioni nolle obtēperare dum vult ei
vacare? Qua propter ne tanto bono
religio nostra fraudetur, præcipi-
mus omnibus prouincialibus, vt ma-
ximã curã adhibeāt instatuēdis cō-
seruādis & augēdis studiis litterarū
illisque diligēter tam destudētibus

404 *Const. Estrauag. Fratrum*
quam magistris prouideant, quod si
in hoc negligentes fuerint, graui-
ter in capitulo puniantur.

§. 2.
Vallis.

1555

¶ Statuentes præterea mandamus
quod studentes & admittendi ad ali-
quod nostri Ordinis collegium, sint
probatum moribus & vita à maiori
parte conuentus suæ professionis
electi, & ex commissione patris pro-
uincialis, vel diffinitorum examina-
ti, decretum que prædictæ electio-
nis, approbationis, examinis, & desti-
nationis secum ferant. Aliter indi-
ctis collegiis pro studentibus admit-
ti, & ad publicas scholas exire omni-
no prohibemus, licet eiusdem colle-
gii filii sint: admissi vero non distra-
hantur, neque aliis occupentur, aut
vagari ad ciuitatem, vel villam exire
permittantur, nec prætextu agaso-
nem alloquendi, aut ab eodem, aut
a tabellario litteras, aut alia recupe-
randi, neque vlla alia causa domum
aliquam ciuitatis, vel villæ, quamuis

mo-

Ordinis Sanctis. Trinit. 405

monialium sit, aliquo modo ingre-
diantur: neque vllomodo illis per-
mittatur, sed procurator collegii ista
omnia sollicitet. Et si contra hoc ali-
quid attentare quispiam studēs præ-
sumperit, studio & voce actiua &
passiua ad triennium careat, & in
hoc nullomodo dispenset, pater
prouincialis nisi maxima ex cau-
sa.

¶ Ne autem studentes aliis nego- . §. 3.
tiis & curis implicati ab studio di-
strahantur, & parum aut nihil in lit-
teris proficiat, volumus & dictricte
præcipimus, quod fratres nostri dū
in aliquo collegio, vel conuentu ti-
tulo studentium fuerint assignati
nullam vocem actiuam vel passiuā
habeant, sed omnino litteris vacent
& omnem aliam sollicitudinem am-
mittant. Qui autem in actibus scho-
lasticis notabiliter negligentes seu
insufficientes inuenti fuerint, per
patrem prouincialem a studiis absol-

Cc 3

uan-

406 *Constit. extranag. Fratru.*
uantur, & aliis officiis occupentur,
vel ad alias domos assignentur. Et
quoniam circa studentes diligens
adhibenda est cura, aliquem fratrem
peculiarem habeant, cui sicut Mini-
stro suo obtemperent, & sine eius
licentia non scribant quaterniones
nec lectiones audiant, & quæ circa
eorum studium corrigenda viderit
corrigat, & si vires eius excedant,
prælato proponat ea: ipsi vero stu-
dio sint intenti, & diu noctuque
tam domi, quam iter agentes legant
& aliquid meditentur, & quidquid
memoriter retinere potuerint reti-
neant. Postquam autem in aliquo
studio per trium annorum spatium
fuerint commorati, ipso facto stu-
dentium nomine careant, nisi
per capitulum prouinciale tempus
protrahatur, aut per reuerendum
patrem prouincialem. Nullus vero
pro magistro studentium, aut lecto-
re theologiæ in aliquo collegio assi-
gnetur,

Ordinis Sanctis. Trinit 407
gnetur, nisi prius dialecticæ sum-
mam, logicam, & physicam legerit
et cursum artium compleuerit, si ve-
ro, absque huiusmodi lectione, magi-
ster studentium, vel lector theolo-
giæ fuerit nominatus, anni, quos in
tali officio consumpserit, ad nullum
gradum, siue præsentaturæ, siue ma-
gisterii cõputentur, aut admittantur:
neque eorum prætextu gradus ali-
quis illi concedatur, si cõcessus vero
fuerit, illo priuetur, ne sic per saltum,
aliquis inmerito (benemeritis reli-
ctis) promoueatur et honoretur.
¶ Locus vero proprius (secundum quod §.5.
Ministro conuentus visum fuerit
expedire) definiatur, in quo magi-
ster studentium cum fratribus scho-
lasticis conueniat ad conclusiones
impugnandas, et defendendas, atque
ad dubia soluenda, et lectiones con-
ferendas: ad conclusiones autem Mi-
nister si potest debet esse præ-
sens, in refectorio autem, prædicta nõ
fiant.

408 *Constit. estrauag. Fratrum*
fiant. Magister studentium præside-
bit, quoties conclusiones defen-
duntur, & dubiis respondebit
& difficultates resoluet, ipsius que
resolutio sit vltima cui adhærere
omnes tenebuntur, & nisi præfens
sit Minister, vel vicarius, illi in omni-
bus obedient. Sed præfente Mini-
stro tam ille, quàm omnes (si ipse præ-
cipiat) tacere tenentur. Magister sic
instituat studentes, quod vno quæ-
rente, vel proponente cæteri taceât
ne loquentem impediât. Si quis au-
tem inhoneste, vel confuse, vel cum
clamore, vel proterue quærens, vel
proponens reperiatur statim à Mi-
nistro, vel vicario, aut magistro stu-
dentium corripatur. Intra cellas ve-
ro, scribere, legere orare, somnum
capere & etiam noctu lucerna accê-
sa vigilare silentii tempore possunt
qui voluerint, propter studium.
Nullus toto studii sui spatio con-
tionetur in ecclesia, vbi collega
est

Ordinis Sanctis. Trinit. 409
est sub pœna grauioris culpæ in fi-
genda, tam illi quam Ministro con-
sentienti.

¶ Magister studentium (vbi fue-
rit) vel (vbi non fuerit Magister) le-
ctor tenebitur a die sancti Lucæ vs-
que ad diem Cinerum reparationes
exercere ab hora prima post meri-
diem vsque ad secundam, & a die ci-
nerum vsque ad Resurrectionem ab
hora secunda vsque ad tertiam, & a
Resurrectione vsque ad tempus va-
cationis ab hora prima vsque ad se-
cundam. Quod si his horis in aliqua
vniuersitate lectio sit, cui fratres in-
teresse oporteat, hora reparationis
(quæ nullo modo omittatur) arbi-
trio ministri assignetur: cui inter-
sint omnes prædicatores. Singulis
vero dominicis diebus cōclusiones
sustineantur, quibus intersint gra-
duati omnes & prædicatores. In an-
no quoque ad minus duo actus fiât
maiores, ad quos aliorum Ordini-

num religiosi inuitentur atque doctores et scholastici ciuitatis vel oppidi: intersint etiam omnes, qui in nostris conuentibus rei litterariæ operam nauant. Studentium magister vel lector qui horum aliquid semel omiserit in refectorio ad terram panem et aquam comedat, et eadem poena ter puniatur si secundo deliquerit, et si tertio per triennium voce actiua et passiua careat. Minister cuius negligentia aliquid horum commissum fuerit a patre prouinciali grauiter puniatur.

S. 7.

¶ Statuimus et ordinamus sub poena priuationis ab studio quod nullus fratrum ex suo collegio in aliam nostri ordinis domum proficiscatur prætenu interstitii litterarum nisi post festum sancti Ioannis baptiste, et tunc de reuerendi patris prouincialis licentia: et sub grauius poenis subeundis in hibernis etiam *Ministris* ne talem facul-

cultatem illis concedant.

Caput secundum de graduatis eorum sufficientia.

¶ Rationis æquitas poscit vnum quemque (prout certamen gessit) mercedem laboris habere, ideoque perpetuo inuiolabilique statuto mandamus, quod nullus prædicator prouinciæ fiat, aut approbetur, ad talè dignitatem obtinendam, ante trigesimum quartum suæ ætatis annum expletum, & antequam per octo annos in publicis prædicationibus se laudabiliter exercuerit, et aliquos casus conscientie legerit. Cui soli conceditur vox in capitulo prouinciali ad electiones prouincialis et diffinitorum, et procuratoris prouinciæ, et maior mensa ubi nullus pater prouinciæ, vel magister aut præsentatus fuerit: et si duo prædicatores in vna eadem in eadem domo fuerint, antiquior professione

S. I.
an 1586
ex con
sensu om
niū au
thorita
te apost
roboratū.

ma.

412 *Constit. estrauag. fratru*
maiolem mensam tenebit, alter
vero suo loco remaneat, nihil-
que aliud illis concedatur, nihil-
que concedatur, gradus præsen-
taturæ, nisi post sex annos a fini-
tione sui studii, & nisi hoc tempore
dialecticam, logicam, & philosophiã
per tres annos docuerit, & nisi duos
maiores actus in capitulis prouin-
cialibus, aut approbatis academiis
habuerit, & per aliquod tempus ca-
sus Morales seu conscientie lege-
rit, in aliquo nostri Ordinis ceno-
bio. Nulli etiam concedatur facul-
tas, ut fieri possit magister in theolo-
gia, nisi ultra ea quæ ad suscipiendũ
præsentaturæ gradum requiri man-
dauimus, per quatuor annos admi-
nus sacrã theologiã docuerit, vel in
aliquo nostri Ordinis collegio studẽ-
tium magister fuerit per eosdem qua-
tuor annos, ita quod publice omni-
bus conclusionibus, & conferentiis
præses fuerit, & sufficiens fuerit pro-
re-

Ordinis Sanctis. Trinit. 413

regenda cathedra in aliqua appro-
bata academia, aut generali schola
Nulli præterea gradus præsentatu-
ræ concedatur, nisi ad minus trige-
simum suæ ætatis annum expleue-
rit, neque magisterii nisi post qua-
dragesimum ætatis annum. In toto
autem hoc decreto nullo modo li-
ceat dispensari, quod si oppositũ fa-
ctum fuerit, sit irritum et inane &
pro non graduatis habeantur.

¶ Nullus fiat prædicator prouin- §. 2.
ciæ, præsentatus, aut in sacra pagina
magister, nisi de consensu & de licẽ-
tia simul patris prouincialis, & dif-
finitorum capituli prouincialis, ac
omnium magistrorum in illo præsen-
tium admittatur: quæ quidem admis-
sio nullo modo fiat nisi post obitum
alicuius ex numero graduatorũ, vel
per assumptionem alicuius in magi-
strũ. Quod si aliquis ab aliquo acqui-
sita facultate, gradum fuerit conse-
quutus, pro non prædicatore, præ-
sen-

414 *Constit. Extravag. fratrum*
præsentato vel magistro habeatur,
vsq; quo prædictis cōditionibus ve-
niat admittēdus. Si quispiā huius-
modi exercitamentis litterarū pera-
ctis absq; simili approbatiōe in scri-
ptis obtenta ad aliquem gradum
fuerit prouectus totum sit irritū &
innane, ac talis, vel omnino perpe-
tuo priuetur, aut difficilius multo
quā alijs gradus cōcedatur, & ultra
hoc arbitrio diffinitorū puniatur.

Vallis.
1555.
§. 3. ¶ In sacra Theologia (vt prædictū
est) graduatus & admissus, sessionē
& antiquitatem, & primam mensam
super alios fratres conuentuales ob-
tineat: vocē quē pro electione pro-
uincialis & diffinitorum habeat, &
capitularis sit, litteras absque licen-
tia recipere & mittere possit, & a ta-
bula officiorū sit immunis. Magistri
vero in Theologia locum habeant
super omnes fratres etiā Ministros,
exceptis quattuor, qui antiquiorem
locum in capitulo habent: excepto
etiam

Ordinis Sanctis. Trinit. 415
etiam ministro sui conuentus, & Mi-
nistro domus ad quem tāquam hos-
pes aduenerit: paternitas vestra illis
conceditur, quæ omnibus negatur,
(exceptis patribus prouincialibus *Talam.*
qui sunt & fuerunt, & quattuor mi-^{2567.}
nistris supradictis, & diffinitoribus
tempore capituli tantum). Si aliquis
vero (nisi nominati) paternitas ve-
stra vocetur, vel consenserit tali no-
mine honorari, tam ille, quam qui
eum simul sic honorauerit, pœna
grauis culpæ puniatur. Si vero se-
cundo in eandem culpam incide-
rit pœnæ grauioris culpæ subditus
sit, & si prælatus ab officio priue-
tur: si subditus voce actiua & pas-
siua per triennium careat. Si ali-
quis graduatus ex vna prouincia
aliam aduenerit & receptus in
ea fuerit; non obtineat locum gra-
duatorum, quo vsque in capitulo
prouinciali examinerur, quali-
ter ad gradum in sua originali
pro-

prouincia fuerit prouectus, & per patrem prouincialem & diffinitores fuerit admissus, quod si admittatur extra numerum graduatorum prouinciæ gradu suo potiatur a die suæ receptionis in tali prouincia.

§. 4. ¶ Si aliquis ad nostrum sacrum ordinem graduatus magister in aliqua vniuersitate approbatus venerit, non admittatur eius gradus, neque recipiatur ad præsentaturæ dignitatē ante sextum annum à die suæ professionis elapsum, neque ad magistræ dignitatem ante duodecimū a die suæ professionis transactum. Admissio vero ad capitulum prouinciale, diffinitores et magistros pertineat, vt dictum est supra.

§. 5. ¶ Item ordinamus et districte præcipimus quod si quis frater nostri Ordinis habuerit cathedram in aliqua vniuersitate, eius libros, quibus utitur, domus in qua cathedram habet, obtineat, nam eos ex cathedræ red-

redditibus illum acquisiuisse suspicamur. Si tamen aliquē ad obtinendam aliquam cathedram et regendam, necessarium fuerit gradum recipere in aliqua probata vniuersitate, Pater prouincialis poterit illi ad recipiendum gradum facultatē dare, non tamen ob hoc videatur ad gradum Ordinis admissus nisi seruetur forma supra dicta.

¶ Cum Sapientis testimonio the- §. 6.
saurus absconditus & scientia vel *Const.*
sapientia occulta, quæ utilitas vtrif- 10. *Ber.*
que, propterea ordinamus, & in uio *gen.*
labiliter statuimus obseruandum, ab admissis ad gradum in Ordine nostro, ne decætero in domibus suarum professionum regularium, aut in alijs in quibus reperti fuerint otiosi & in fructuosi maneant, sed teneantur verbum Dei populo Christiano proponere, pro con-
tione diebus dominicis & festiuis prout Ministro domus (quam inco-
Dd lunt)

lunt) visum fuerit: aut docere teneantur aliquid, vel aliquibus lectionibus occupari. Quod si alteri ex his noluerint incumbere, nisi grauis morbus vel aliud obstaculum impediatur, vel vigesimo anno a diē admissionis transacto, statim priuatos sessionibus, prærogatiuis & honoribus recepti gradus declaramus. Minister qui pro nihilo duxerit hanc nostram perutilem sanctionem, statim ab officio sit priuatus, nolimus enim iuuenilem aetatem pati tam in normem iacturam in non modicum nostri ordinis ludibrium.

§. 7. ¶ Item ordinamus, & districte præcipimus quod in quolibet conuentu vbi theologie studium non viget, lectio casuum conscientie quotidie habeatur, cui omnes conuentuales non graduati interesse debent, circa quod patris prouincialis, & Ministri

con

conuentualis conscientias oneramus ac visitatorum.

¶ Quoniam ex eo quod non est certus, nec determinatus numerus laureatorum, prouenit numerum priuilegiatorum esse maximum, cupientes huic in commodo obuiam ire, statuimus & mandamus patribus prouincialibus, Ministris etiam, ac diffinitoribus sub ex communicationis pœna, quam in his scriptis ferimus, ne in posterum talis permittatur abusus: sed prædicatorum prouinciæ senarius numerus sit, & præsentatorum decimus octauus, magistrorum vero sicut prædicatorum prouinciæ senarius numerus erit: neque aliquis denuo creetur, donec ad prædictum numerum sint reducti, ita tamen quod prædictus numerus numquam augeatur.

Dd 2

quid

420 *Constit. Extravag. fratrum*
quid quid vero in contrarium factū
fuerit, totum sit irritum & ina-
ne.

20. *Caput tertium de examinadoribus
confessorum, & de officio confessorū
& de his qui ad sacros Or-
dines sunt Promo-
uendi.*

§. I.

¶ Districte præterea mandamus,
inviolabiliter que sancimus, quod
diffinitores capituli prouincialis,
examinatores generales nominent,
qui fratres assignatos, vel assignan-
dos pro confessionibus audiēdis, sa-
cris etiā ordinibus initiandis, quos-
cūque examinent & (prout eis æ-
quum videbitur) approbent, & sic
approbatos exponant, & coram lo-
corum ordinariis (iuris tamen &
nostrorum priuilegiorum forma ser-
uata) præsentari iubeant ita tamen
quod

Ordinis Sanctis. Trinit. 421

quod non omnes æqualiter & indis-
criminatim fratres confessores ap-
probent: id namque nolumus, sed
vnicuique examinandorum iuxta
sufficiētiā suā, qualitatem pœ-
nitentium, quorum confessiones au-
diri possint, in scriptis insinuēt. Sem-
perque examinet vnus ex examina-
toribus, qui simul cum Ministro
domus & prædicatore approba-
tionem huiusmodi, propriis no-
minibus subscribant, quod si opposi-
tum factum fuerit, totum irritum &
nullius valoris declaramus. Poterit
etiam pater prouincialis coram se
facere quod minister & prædicator
domus vbi ille fuerit, examinent cō-
fessores vel ad sacros ordines pro-
mouendos & ab illis approbatos po-
terit (vt dictum est) illos exponere
& copiam facere.

¶ Gehennali pœna innodatos de- §. 2.
cernimus, quoscūque nostri Ordi-
nis fratres, qui mulierum confesio-

Dd

3

nes

cōst. 28
Ber. G.

422 *Constit. extrauag. Fratru.*
nes audire præsumserint, nisi æta-
tis suæ quadragesimum annum atti-
gerint, nisi bonis moribus sint im-
buti: & bono nomine ac sciētia præ-
diti, & casus conscientiæ sciant, &
licētiam ab episcopo (in cuius dice-
cessi fuerint) obtineant.

§. 3.

¶ Omnes ij quibus ex obedientia
confessiones audiendi sanctum mu-
nus committitur, multum ad id affi-
ci studeant, quod lectione librorum
in quibus casus conscientiæ deci-
duntur, fiet facilius: omnes tamen
teneantur memoriter scire vltimum
nostri ceremonialis caput. Formam
tamen & rationem absoluedi ab
ex cōmunicatione & aliis censuris
& peccatis eādē omnes sequātur
(vt in ceremoniali habetur) atten-
dantque ne ex modo vtendi faculta-
tibus Ordinis, ordinarii & parochi
iure offendi possint.

§. 4.

¶ In casibus conscientiæ, iisque præ-
sertim, qui ad censuras, casus reser-
uatos

Ordinis Sanctis. Trinit. 423

uatos & restitutiones pertinent, sese
diligēter exerceant: earum que re-
rum compendia & breuem interro-
gandi methodum ac contra singulo-
rum peccatorum species exempla
& dicta sanctorum atque alia saluta-
ria remedia comparare studeant.

¶ Confessarii inter seipos & in §. 5.
modo procedēdi cum pœnitētibus
conformes esse curent, & (quantum
res tulerit,) ita aliorum confessorio-
rum existimationi vnusquisque cō-
sulat, vt omnes intelligant, mutuo
caritatis & vniformis doctrinæ vin-
culo ordinis confessarios in Christo
esse colligatos. Vocati ad eccle-
siam ad confessiones audiendas sta-
tim cum animi alacritate eo se con-
ferant: et quo maior pœnitentium
multitudo futura est, eo magis tem-
pestiue ab aliis occupationibus se
expediāt. Cōfessiōes vero dū missa
maior & cōtio fit nemo audiat quod
etiā fiat dum tertia & dum vespere

Dd 4

can-

424 *Constit. Extravag. fratrum*
cantantur nisi in magna necessitate & cum licentia ministri; ita tamen ut cum primum signum eundi ad chorum audietur, studeant se ita accommodare ut facto secundo signo ad chorum accedant.

§. 6.

¶ Confessarij ita audiant poenitentes, ut mutuū aspectum fugiant, sic enim attentius & liberius audient: quod si locus non erit eiusmodi, ut tabula confessarium à confitente dividat, manus interposita inter faciem propriam & confitentem, qui ad latus esse debet, id præstabit.

§. 7.

¶ In audiendis confessionibus, foeminarū præsertim, se ueros potius se quā familiares exhibeant, in uniuersum tamen paterna quædam & spiritualis grauitas in eis eluceat.

§. 8.

¶ Eos qui crebrius cōfitentur, maxime foeminas breuiter expediant, nec de rebus ad confessionem non pertinentibus in cōfessione loquantur; extra confessionē vero (si oportebit

Ordinis Sanctis. Trinit. 425

tebit eas alloqui) longum sermonē ne misceant, & oculos modeste demissos habeant.

¶ Quando quis à superiore mittetur ad confessiones audiendas foeminarum, vel alia de causa eas adierit, socius quem superior ipsi designauit, quandiu cum foeminis sacerdos loquetur, eo in loco erit unde videre eos, sed nō quæ secreta esse oportet, audire possit, quantum loci dispositio patietur: quod si non pateretur, curet omnino sacerdos ne ostium sit clausum, nec locus obscurus.

¶ Particularem personarum præsertim foeminarum curam nemo suscipiat, & quāuis confessarius pro suo munere in vita spirituali poenitentem instituat, nullius tamen obedientiam admittat.

¶ Si quis vni confiteri solitus ab eodem alium confessarium ad eundi facultatem petierit, vel ea non

Dd 5 petita

426 *Constit. extrauag. fratris*
petita abierit, id sibi gratum esse cō-
fessarius benigne ostendat.

§.12. ¶ Nemini aut petere aut accipe-
re quicquam liceat, siue ab his quo-
rum confessiones audiuerit, siue
ab alijs quod vel in pauperes distri-
buat, vel alteri satisfactionis no-
mine restituat, nisi superior cum
opus sit, secus faciendum iudica-
uerit.

§.13. ¶ Et si vota ad perfectionis statum
pertinentia vt sancta laudari debēt
& circa ea confessarij consilium (sed
magna cum consideratione) dare
possint, quia tamen non humanam
sed diuinam vocationem requirūt:
nemo ad ea emittenda quemquam
inducat verum ad orationem tales
hortetur, vt à Deo adiuti vocatio-
nem suam melius intelligant, & exe-
quantur.

§.14. ¶ Si quos viderint ad religionem
propensos, non facile ad vnā po-
tius quam ad aliam, ad hoc quā ad
illud

Ordinis Sanctis. Trinit. 427

illud monasterium inuitent, sed li-
beram illis suam electionem relin-
quant: poterunt tamen petentibus
consilium eas religiones vel mo-
nasteria proponere, quæ illis ma-
gis commoda in Domino iudica-
uerint.

¶ Nullus eis, quorum audit con-
fessiones certum vestimenti genus,
hunc aut illum habitum vel colo-
rem præscribat, tametsi omnes
ad honestum & suo statui con-
uenientem vestitum hortari pos-
sint.

¶ Vt pium est ad frequenter co-
municandum fideles exhortari; ita
quos ad id propensos viderint,
ad monere debent, ne crebrius
quam octaua quoque die acce-
dant, præsertim si matrimonio sint
coniuncti. Admoneant eos, qui sibi
confitentur à Dominica Palmarum
ad Dominicā in Albis inclusiue e o-
tem-

§.15.

§.16.

428 *Constit. Extravag. Fratrum*
tempore (nisi aliud consuetudo loci
postulauerit) debere semel in sua
parochia communicare: exceptis
peregrinis, & his qui facultatem
habent & reliquis quos vis excipit.

§. 17. ¶ Qui vocantur ad iuuandos eos
qui morti vicini sunt, ea in prom-
ptu habeant, quæ eo tempore in
quo tantum est momenti vsui esse
possint, tandiu que illis adsint, quã
diu sola necessitas postulauerit. Cæ-
terum & si cum opus est, ægros ad
condenda testamenta hortari con-
ueniat, iis tamen conficiendis non
assistant.

§. 18. *De ordinandis.* ¶ Obnixè etiam præcipimus, nul-
lum ad ordines promoueri nisi post
annum integrum à die suæ profes-
sionis transactum, & de moribus
& vita a conuentu, in quo est, fuerit
pro quolibet ordine suscipiendo ap-
probatus per suffragia secreta, vt in
numero de recipiendis dictum
est.

¶ Nu.

Ordinis Sanctis. Trinit. 429

¶ Nullum præterea pro subdiacho §. 19.
natus ordine suscipiendo posse ap-
probari decernimus, nisi grammati-
cam & linguam latinam caeat, & cã *Ex. Cõ.*
tare: & si subdiachonus est, ad dia-
chonatum non promoueantur, ne *sess. 23.*
que pro illo ordine suscipiendo ap-
probetur: & si diachonus est sacer-
dos non fiat. *cap. 11.*

¶ Prælatus autem, qui sine licen-
tia patris prouincialis exposuerit a-
liquem ad sacros ordines recipien-
dos, ab officio absoluat. §. 20.

¶ Volumus etiam & ordinamus, §. 21:
quod nullus frater sacros ordines, *Const.*
suscepturus ad eos suscipiendos ex *Bern.*
tra dioccesim, vbi est domus sibi ad
manendum decreta, possit abire sub
pœna grauioris culpe, nisi de licen-
tia patris prouincialis, quæ raro &
pro aliqua magna necessitate de-
bet concedi, & non aliter. Si aliquis
vero ad recipiendos sacros ordines
extra prouinciam ierit, vsu sacrorum

prive-

430 *Const. Estrauag. Fratru*
priuetur, & poenæ grauioris cul-
pæ subditus sit, cum quo nullo mo-
do ante sexennium in aliquo di-
spensetur.

Caput quartū de institutione
Magistri studentium, le-
ctoris, & concio-
natoris.

S. I. ¶ Magistros studentium & lecto-
res, tam sacrae theologiae quam ar-
tium, ita probatos & sufficientes esse
volumus, vt tale munus non iniun-
gatur alicui sine riguroso examine,
ad quod debet esse praesens (si possi-
bile fuerit) pater prouincialis, de-
bentque esse duo diffinitores vel
vnus praesente patre prouinciali,
duo magistri & si aliquis fuerit cate-
draticus (quamuis non sit magister)
debet ad examen vocari: quod de-
bet fieri in aliquo Ordinis colle-
gio per oppositionem inter illos
qui talia praetendunt, & per suffra-
gia

Ordinis Sanctis. Trinit. 431
gia secreta, qui magis, conueniens
est eligatur, in quo oneramus
conscientias illorum, qui in hoc
casu suffragabuntur. Volumus,
tamen, vt qui constitutus fuerit
ad lectionis munus, si renuerit,
& non acceptauerit, quadrien-
nio actiua & passiuua voce ca-
reat.

¶ Item diligentissime curent ex S. 2.
aminatores (qui erunt idem qui
in capite de confessoribus sunt
instituti) ne committant praedica-
toris officium, nisi fratribus ad
hoc idoneis moribus & scientia ap-
probatis, ne ex praedicatorum in-
sufficientia ordo sacer contemptui
sit, & eorum ignorantia vergat in
animarum periculum. Ideo statui-
mus, quod vnus adminus ex ex-
aminatoribus praedictis cum mi-
nistro vel aliquo magistro & cum
praesentato praedictos concio-
natores (quorum doctrina non
CONS

432 *Constit. extravaag. fratrum*
constet) examinent. Nullū enim con-
tionatoris munus patimur obire,
qui in scriptis suæ sufficientiæ &
examinis testimonium non ostende-
rit; qui secus facere ausus fuerit,
pœna carceris puniatur, & ministri
Vicarij vel præsidentes hoc permit-
tentes pœna grauioris culpæ pu-
niantur.

§.3. ¶ Statuimus præterea quod nul-
lum ad prædicandi officium appro-
bent, nisi ad minus Theologiæ per
biennium operam nauauerit; & nisi
prudens sit & maturitate præditus,
qui extra claustrum & fratrum con-
sortium ante vigesimum quintum
suæ ætatis annum ad populum con-
tionem habere non possit. Qui ve-
ro benedictione accepta ad contio-
nandum ierit, vbique tanquam vir-
tutis exemplar (qui suam & aliorum
salutem curare exoptat) religiose
& honeste se habeat, semper secum
Deum meditetur, cum proximis de
Deo

Ordinis Sanctis. Trinit. 433

Deo loquatur, vitiosos comitatus &
suspectos fugiat.

¶ Læctioni sacræ scripturæ ac pa-
trum præcipue incumbât, conferet
etiam peculiari studio vidisse euan-
gelia toto anno currentia, & in eis
ea, quæ vsui esse possunt adnotas-
se, item que compendium fecisse
explicationis rerum ad fidem & chri-
stianam vitam necessarium, atque in
communes locos redegisse omnia
quæ ad virtutum cōmendationem
& peccatorum detestationem per-
tinent.

¶ Conferet vidisse præceptiones
si quas de modo contionandi illi tra-
dunt, qui bene hoc munus obierūt
bonos audisse prædicatores, & in
contionibus domi vel in aliis locis
minus frequentibus se exercuisse.
Optare debent, vt admoneantur, si
quid in concione corrigendum vi-
debitur, & humili & grato animo id
accipere. Ita operam suam in cele-
Ee brio

rioribus contionibus libenter impendant, ut non dedignentur in vicis & oppidis & in humilibus etiam locis, ubi non est hominum frequentia verbum Dei spargere. Si quando occasio tulerit, ut alius eodem tempore contionari velit, quantum in ipsis erit, libenter cædant.

§. 6. ¶ Ea populo proponant, quæ ad captum & utilitatem auditorum erunt accommodata, iisque insistant, quæ ad Christianam institutionem atque ad extirpanda vitia & virtutes inferendas valent: & à rerum subtilium curiosa tractatione se abstinant.

§. 7. ¶ Commendare debent confessionis & Eucharistiæ frequentem usum, in bonis operibus profectum & perseverantiam; ecclesiasticarum caeremoniarum observationem & cætera, quæ ad cultum diuinum pertinent: eamque obedientiam quæ principibus & prælatis, qui Dei in
terris

terris vices gerunt, exhibenda est. Commendabunt etiam peculiari ratione poenitentiae & misericordiae opera, sanctarum precum, & aliarum piarum deuotionum exercitia, utilium librorum lectionem, & bonam filiorum educationem, pauperum amorem & captiuorum redemptionem.

¶ Caueant ne religiosos aliorum Ordinum (quos reuereri & obseruare debent) etiam tacite videantur reprehendere. Ne rumoribus populi moueantur ut noua & parum confirmata in publicum afferant, & multo minus ea populo proponant, quæ alioqui dubia & incerta sunt. Curent ut rationem & modum in rebus populo denuntiandis & certis pauperibus aliis que pijs operibus commendandis à superiore accipiant.

¶ Caueant omnino ne facetijs aut inutilium rerum narratione contionem

436 *Constit. Extravag. fratrum*
contemptibilem faciant, iis ve audi-
tores ad risum moueant, vel contra
vt ad fletum excitēt, expectanda ali-
qua populo proponant a communi
in nostro Ordine contionandi con-
suetudine aliena nisi aliquo peculia-
ri casu ad communem ædificationē
pertinere *Minister* pro ratione loci
iudicaret.

S. 10.

¶ Ea quæ dicturi sunt, diligēti præ-
meditatione & peculiari ad Deum
recurso (quatenus per tempus lice-
bit) paranda erunt. Caueant arro-
gantiam & ostentationem in contio-
ne, humilitatem que (cui ex intimo
cordis affectu studere debēt) in om-
ni actione præferant. Quod si ali-
quid pro se aut pro ordine cogatur
respondere, ea modestia satisfaciāt
vt causam suam agere non videan-
tur, sed Christi.

S. 11.

¶ Modus contionandi, qui a scho-
lastico diuersus esse debet, ita sit ad
docendum comparatus, vt ad ani-
morum

Ordinis Sanctis. Trinit 437

morum motum præcipue dirigatur.
Cumq; quæstio aliqua, earum quæ
ad fidem, aut mores pertinent, mo-
do aliquo tractanda erit: non ita exa-
cte proponantur argumēta, quibus
contraria pars confirmatur, nisi au-
ditorium id postulet, vt simplices
ipso proponendi modo offendi pos-
sint: sed eo pacto res exponatur, vt
illi ex data explicatione, solutionē
eorum quæ sibi in mentem venerint
aut ab aliis audiuerint, facile colli-
gant.

¶ Ne sint affectati aut verborum
lenocinia sectentur, nec studio po-
litiore sermonis eos libros habeāt
familiares ex quorum lectione de-
trimentum in spiritu accipiant, & sæ-
culare aliquid redoleant. In laudi-
bus & reprehensionibus a nimis ex-
aggerationibus, & ab omni specie
adulationis abstineant. Gestus cor-
poris sit modestus, & in quo graui-
tas quædam religiosa præcipue elu-

S. 12.

Et 3 ceat,

438 *Const. Extravag. fratru*
ceat, vocem que accommodent ad res
quas tractabunt; proinde eam, vbi
non est opus, ne præter modum ex
tollant, aut deprimant. In contio-
nibus autem & lectionibus templi
spatium horæ ne excedant.

§.13. ¶ Quicumque publice pro con-
tione, vel in communi coram sæcu-
larium multitudine vlllo tempore
summum pontificem diffamauerint
vel ipsius processus, vel facta, vel
irreuerter de illo vel de illis tracta-
uerint, carcerali custodiæ manci-
pentur, neque inde nisi per capi-
tulum liberentur, & cogantur si
commode fieri possit damnum (pa-
linodiam recantando) resarcire. Si
vero priuatim hoc contigerit, &
per legitimos testes constiterit, vel
in iudicio fuerit confessus, poena
grauioris culpæ puniatur: donec
per patrem prouincialem de con-
silio maturo discretorum cum eis
dispensetur.

¶ Vbi

Ordinis Sanctis. Trinit. 439

¶ Vbi contionatores Ordinis no- §.14.
stri ad aliquam diœcesim (pro ex-
ponendo verbo Dei) venerint, pri-
mo, si potuerint, Episcopum visi-
tabunt vt iuxta eius consilium vti-
liter verbum Dei populo propo-
nant, & animarum fructum quem
intendunt assequantur, & quam-
diu in eius episcopatu morati fue-
rint, ipsi deuote obedientes erunt.
Prædicare vero nullus audeat, in
diœcesi illius Episcopi, qui contio-
nari interdixerit, nisi litteras & man-
data habeat à summo pontifice. Ca-
ueant etiam prædicatores ne (po-
nentes os suum in coelum) suis con-
tionebus religiosos aut clericos scâ-
dalizent, sed si quæ in ipsis corrigē-
da viderint aut cognouerint, seor-
sum reuerenter vt patres obsecran-
do emendare procurent.

¶ Statuimus etiã, ne fratres Ordi- §.15.
nis nostri in suis declamationibus
dari, vel colligi pecuniam moneant

Ec 4 pro

440 *Constit. Extravag. Fratrum*
pro domo, vel aliqua persona specialia: nullus quæ audeat quæstus facere bullas aliquas prædicare nisi de patris provincialis licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis læ sententiæ poena quam in his scriptis ferimus, & sub poena priuationis omnium bonorum eis ab ordine concessorum communitati applicandorum. Quod si quadragesimæ tempore alicubi quispiam fuerit contionatus, totam eleemosynam (quam per prædicationis laborem obtinuerit) habeat conuentus in cuius iurisdictione fiunt contiones: ea tamen conditione ut ex huiusmodi eleemosyna prædicatori pars detur aliqua, ut sibi provideat necessaria, tum ad vestitum tum ad prædicationis munus exercendum.

§. 16. ¶ Nullus prælatus contionem accipiet, siue quadragesima, siue alio tempore, si extra suum conuentum, ultra vnam solam noctem, per noctare

Ordinis Sanctis. Trinit. 441
ctare fuerit necessarium, nam in suo residere conuentu multo magis est necessarium. Contrarium faciens, poenā priuationis ab officio subeat
¶ *Caput quintū de conspiratoribus diffamatoribus, & de certis detractionibus vitandis, de litteris non recipiendis & de furibus.*

¶ Quam sit damnabile conspiratores ac coniuratores inconuentibus permittere, & experientia docet, & sacri canones ostendunt. Ideo quæ statuimus, quod si huiusmodi conspiratores & coniuratores in nostro ordine inueniatur, antequam res finem sortiatur, quem intendunt, de cætero voce capituli careant, neque ad testimonium veritatis perhibendū admittantur. Si vero res intantum, effectum que sortiatur, carceribus arctius includantur, & ut in capitulo grauioris culpæ latius con-

§. 1.
Ber. G.
in const
26.

tra cōspiratores depōitur puniātur.
 Cōspiratores & cōiuratores appella-
 mus, eos qui se se confœderant ad
 subuersionem ordinis, aut statutorū
 salūbriter editorum, vel ad sui præ-
 lati persecutionem, vel alicuius
 fratris, ex odio, vel ambitione, seu
 alios defendere molliūtur. Item per
 præsentem maledicimus, & anathe-
 matizamus conspiratores fratres &
 secreta ordinis vel capituli laicis
 propalantes, ac cum ipsis pertractā-
 tes, quos ex nunc perpetuo priua-
 mus. Etiā maledicimus & anathema-
 tizamus fratres blasphemātes, si qui
 sunt (quod Deus auertat) & præci-
 pimus quod pœna quinquaginta
 dierum carceris puniantur.

§. 2. ¶ Item quicumque in nostro ordine
 reperti fuerint, singularem vitam
 quocumque modo vitiosam ducen-
 tes, & cōtra cōmunem modū uiuēdi
 diu ab ordine approbatum: primō
 illi moneantur, & si admoniti cor-
 recti

recti non fuerint, separentur & ad di-
 uersos conuentus mittantur & si
 in eodem persistant, per *Ministram*
 prouincialem, vel prouinciale capi-
 tulum, carcerali custodiae manci-
 pentur. Item quicumque crimen
 commiserit pro quo in sæculo pœna
 mortis deberet plecti, in carcere re-
 cludatur, pœnis aliis puniendus ibi
 dem plus minus uel, secundum deli-
 cti qualitatem erit quātitas pœnæ,
 & nisi per prouinciale capitulū aut
 patrē prouinciale non possit ab ipso
 carcere liberari: quod si secūdo rein-
 ciderit, carceri perpetuo mācipetur.

¶ Item statuimus & ordinamus §. 3.
 quod nullus frater nostræ prouin- *In cōst.*
 ciæ ausus sit sine prælati sui licentia *26. B.*
 mittere seu recipere, aut legere oo- *G.*
 cultas aliquas litteras aut aliquod *Rob. G.*
 donum. Si quis autem litteras re- *in Reg.*
 ceperit, vel miserit occulte & non *D. An*
 manifestauerit prælato, furti iudi-
 cio cōdemnetur, nisi sit magister, aut
 præ-

444 *Constit. Extravag. fratrum*
praesentatus, vel superiori praelato
eas mittat, in quo casu si Minister
epistolam aperuerit, legerit, aut im-
pedierit, ipso facto a Ministerio, &
officio sit priuatus.

§. 4. ¶ Statuimus praeterea & districte
Io. g. in mandamus, quod si aliquis frater
cap. ge. nostri Ordinis furtum commiserit
ann. & conuictus, vel confessus fuerit, in
1429. arctiorem carcerem (iuxta delicti
qualitatem) in pane & aqua reclu-
datur. In super per triennium voce
capituli careat, & locum nouitiorum
habeat. Si vero Minister furtum com-
miserit administratione priuetur, &
infamis maneat, ac per duo provin-
cialia capitula inhabilis reddatur
ad quodcumque electionis officium
obtinendum: & poena grauioris cul-
pae (sive subditus sive praelatus fue-
rit) subiaceat, quo usque per reue-
rendissimum maiorem Ordinis Mi-
nistrum, vel capitulum generale seu
provinciale cum eo fuerit dispensatum.

¶ Ca-

Ordinis Sanctis. Trinit. 445

¶ *Caput. 6. In quo explicatur qua-*
liter regula & constitutiones
obligent ad poenam.

¶ Cum legum multitudo potius vi-
tam obruere regularem, quam ob-
seruantiam struere (teste experien-
tia) comperiatur, earundemque fre-
quens mutatio grauitatem tollat,
cum pro nihilo ducantur quae tem-
poris stabilitate mutantur, & varia-
tur, satius visum est his occurrere,
ne multitudine obliuione manden-
tur, & varietate vitam fratrum inno-
uent, & mutant: quod profecto eo
melius fiet, si perpetuo duraturo chi-
rographo, siue tabulis obseruanda
subscribantur, non enim passim nisi
pro graui vrgentique causa consti-
tutiones fieri decet.

¶ At vero ut constitutionum multi-
tudo vitetur prohibemus omnino,
ne aliquid de caetero per modum con-
stitutionis statuatur, nisi per duo

pro

§. 1.

§. 2.

446 *Constit. Extravag. fratrum*
prouincialia capitula continua fue-
rit approbatum & in tertio capitulo
immediate sequenti confirma-
tum. Quod si aliquid horum de-
fuerit vim constitutionis amit-
tat.

§.3. ¶ Omnes etiam constitutiones
hucusque factas, & obseruatas om-
nino abrogamus, solumquē contē-
tas in hoc libello validas ac perpe-
tuo duraturas, & volumus & decla-
ramus,

§.4. ¶ Et vt securitati religiosorum,
& conscientiæ in posterum prou-
deatur, volumus & declaramus re-
gulam & constitutiones nostras nō
obligare nos ad culpam, sed ad pœ-
nam, nisi propter formale præce-
ptum, vel contemptum.

§.5. ¶ Præceptum vero in regula nul-
lum intelligimus, neque in consti-
tutionibus volumus contineri: ni-
si quod ex natura sua & ratione
trium votorum, vel diuinæ aut ec-
cle

clesiasticæ legis, aut vbi sententia
ex communicationis infligitur, aut
formaliter exponitur, per ver-
bum, præcipimus, inuirtute san-
ctæ obedientiæ, vel Spiritus san-
cti, vel sub præcepto formali: at-
que idem in ordinationibus, & præ-
latorum verbis iussionibus, & lit-
teris intelligi volumus. Pœnam etiā
excommunicationis latæ sententiæ
tam in constitutionibus, quam ex-
tra per uulla verba in nostro ordi-
ne intelligimus, nisi vbi explicita
per verba expressa pœna excomu-
nicationis, & excommunicatio latæ
sententiæ exprimitur. Nec prælati
in exteriori ira præcepta faciant
obligantia ad mortale, maxime con-
tra subditum turbatum, quod si fe-
cerint, irritum sit, & inane, va-
leant tamen ad quascumque pœnas
temporales.

¶ Præcepta quoq; inscriptis facta §.5.
censeantur sine ira facta nec inque

448 *Constit. extrauag. fratrum*

ro animo, nisi in scriptis (extra necessitatis articulum) præcepta faciant: sed si fecerint, suam vim, robur que habeant.

§.7. ¶ Pœnis vero tam absolutionis ab officio, quam priuationis vocis actiuae vel passiuæ, nec non grauioris culpæ, & aliis maioribus, quantumcumque tam in constitutionibus, quam extra, ipso facto sint incurrendæ (nisi sit pœna excommunicationis latae sententiæ) nullus omnino sit subiectus, nisi superueniat declaratio prælati in particulari respectu huius, quantumcumque etiam constet de facto, vel iure vel de utroque. Nullus item ad pœnã grauioris culpæ, aut carceris damnetur, nisi in iudicio confessus, vel conuictus fuerit & in scriptis. Quod si secus factum fuerit, totum sit irritum, & inane.

§.8. ¶ Ordinationes autem, tam capitulorum generalium, vel maioris
Mini-

Ordinis Sanctis. Trinit. 449

Ministri Ordinis, quam prouincialis, vel capitulorum prouincialium (quo ad vim præcepti; & censurarum ecclesiasticarum) cum ipsis finiri & spirare volumus, vita vero capituli, & tempus ipsius usque ad sequens capitulum intelligatur. Quo ad reliqua vero quomodolibet per generale capitulum, vel maiorem Ministrum facta durare volumus, donec per similem potestatem fuerint reuocata. Ab inferioribus vero capitulis, & prælatis quomodolibet ordinata cum ipsis finiantur. Omnes officiales cum Ministro sua finiant officia, & Minister subsequens nullo modo in eisdem officijs, quæ antea habebant, eos relinquat, sed si opus fuerit, in alijs eos occupet; nisi pro aliqua necessitate per patrem prouincialem in hoc dispensatum fuerit, quod raro debet fieri.

¶ Caueant etiam prælati à præceptorum multitudine, aut censurarum,

Ff aut

§.9.

Conci. aut ordinationum, ne laqueos ani-
Tri. ff. mabus subditorum iniiciant ne prop-
 25.c. 3. ter defectum vnus, vel duorum,
 quem, vel quos corrigere fortassis
 non audent, totam communitatem
 inuoluant.

§.io.

¶ Ad hæc itidem Prælatus in suo
 conuentu, dispensandi cum fratri-
 bus habeat potestatem, cum sibi ex
 rationabili causa aliquando vide-
 bitur expedire in his præcipue,
 quæ studium, vel prædicationem
 vel animarum fructum, aut redem-
 ptionem captiuorum impedire vi-
 deantur: Ministri vero (vt alii fra-
 tres) suis vtantur dispensationibus.

§.ii.

¶ Quoniam ex præcepto regulæ iu-
 bemur habere cor vnum, & ani-
 mam vnam in domino, iustum est,
 vt qui sub vna regula, & vnus pro-
 fessionis voto viuimus, uniformes
 in obseruantis canonice religionis
 inueniamur, quatenus vnitatē (quæ
 interius est seruanda in cordibus)
 foueat,

foueat, & vniformitatem exterius in
 moribus seruata repræfētet. Quod
 profecto eo competentius poterit
 conseruari, si ea quæ agenda sunt,
 scripto fuerint commendata, si om-
 nibus qua ratione viuendum (scri-
 ptura teste) in notescat, si mutare,
 vel addere, vel minuere, nulli quic-
 quam pro voluntate liceat, ne si mi-
 nima neglexerimus, paulatim de-
 fluamus. Ideo præcipimus, quod in
 omnibus prouinciarū domibus eis-
 dem cæremoniis, & constitutioni-
 bus fratres vtantur: qui vero in hac
 re negligentes fuerint, grauitè pu-
 niantur. Si tamen in aliqua prouin-
 cia aliquæ aliæ constitutiones expe-
 dire videantur, arbitrio capituli ge-
 neralis, vel prouincialis ordinentur
 & in libro illius prouinciæ, tamquæ
 pæculiæ illius scribantur.

¶ *Caput. 7. de leui
 culpa.*

Ff 2

¶ *Leuis*

§.1.

¶ Leuis culpa est, si quis mox, ut factū signum fuerit (non relictis omnibus) cum matura festinatione differat se præparare, ut ad ecclesiam ordinate & compositè, quando debuerit, veniat. Si quis ad Gloria patri primi psalmi non adfuerit. Si quis in choro male legendo, vel male cantando offendens, non statim coram omnibus se humiliaverit. Si quis diuino intentus officio vagis oculis & motu irreligioso leuitatem mentis ostenderit. Si quis in ecclesia, vel refectorio, vel in cellis inquietus fuerit, aut aliquem strepitum fecerit. Si quis riserit in choro, vel alios ridere fecerit. Si quis lectionem, statuto tempore non prouiderit. Si quis aliud cantare, vel legere quam quod communis probat usus præsumpserit.

§.2.

¶ Item leuis culpa est si quis ad cōtionem vadens otiosa locutus fuerit, vel egerit, si quis dissolute riserit,

rit, aut cachinis, vel ludis, dictis, vel factis alium ad ridendum concitauerit. Si quis oculos vagos per plateas, vel villas eundo, ad vanitates frequenter direxerit, Si quis in vigilia Natiuitatis Domini in pretiosa non præsens fuerit, ut pronuntiatis redemptionis nostræ exordiis corde & corpore gratias agat redemptori nostro. Si quis de via veniens, eadem hora (si fieri potest) benedictionem accipere neglexerit, vel absque ea plus vna nocte moratus fuerit. Si quis ad lectionem dormierit. Si quis statutis temporibus cum alijs lectionem auditurus nō adfuerit. Si quis libros fratribus interdictos legerit.

§.3.

¶ Item leuis culpa est si quis ecclesiam, vel altaris ornamenta negliger tractauerit, si quis vestes sacras, aut libros loco statuto honeste non deposuerit. Si indumenta, vel alia, data vel concessa, sine ipsius Mi-

nistri licētia pro se acceperit. Siquis aliquid utensilium fregerit, vel amiserit. Si quis cibi vel potus aliquid effuderit. Si quis aliquid dixerit, vel legerit unde offendātur fratres.

§. 4. ¶ Item leuis culpa est si quis cibum vel potum absq; benedictione sumpserit. Si quis ad conuentum hora qua debet, venire distulerit. Si quis ad capitulum, vel collationem non venerit, vel communi refectioni nō interfuerit. Si quis commune mandatum dimiserit. Si quis clamans in clamatione sua iurgium fecerit. Si quis in eum, à quo pro clamatus fuerit (quasi se de illo vindicando) eadem die clamare præsumpserit.

§. 5. ¶ Item leuis culpa est si quis cum iuramento (vt loquendo fieri solet) aliquid, vel affirmauerit, vel negauerit. Si quis turpem sermonem, vel vaniloquium dixerit, vel quod graue est in usu habuerit. Si quis eorum qui officiis deputari sunt, in aliquo

quo negligens repertus fuerit, vt sunt ministri conuentus in custodiēdo, magistri in docendo, studentes in studendo, cantores in officiis suis, procuratores in exterioribus procurandis, vestiarii in vestibus prouidendis, curandis, & reficiendis, & mortuis necessaria ministrandis, & cæteris in officiis suis, vt iniūctum est eis. Clamatis & pro clamantibus se de supra dictis detur poenitentia, secundum quod prælato videbitur expedire.

Leuis culpa est &c. *Capitula de leui, graui, grauiori, & grauissima culpa, fuerunt a ita, vt trāsgressor constitutionum intelligat qualiter culpā incurrat. motu irreligioso declaramus, quod quāuis motus irreligiosus leuitatem mentis ostendens, & risus dissolutus, & vanus oculorum aspectus, & otiosus sermo, turpis & vaniloquus, & alia huiusmodi sunt essentialiter peccata venialia: non tamē ideo peccata sūt, quia per cōstitutiones prohibita*

456 *Constit. extravag. fratru*
sed quia de se sunt mala, & ideo ex trans-
gressionibus huiusmodi praedictorum non so-
lum obligamur ad poenam taxatam, & ta-
xandam, sed etiam ad venialem culpam.

S. I.

Caput. 8. de graui culpa.

¶ Grauis culpa est si quis in audiē-
tia saecularium cum aliquo conten-
derit. Si frater cum fratre lites ha-
buerit. Si quis alicui fratri oppro-
brium dixerit. Siquis mendacium
ex industria dixisse, deprehensus
fuerit. Siquis silentium non obser-
uare duxerit in consuetudinem. Si
quis culpam suam vel alterius defen-
derit. Siquis in illum à quo pro cla-
matus est, vel in quemlibet alium,
maledicta seu verba inordinata &
irreligiosa inuexisse fuerit depre-
hensus. Siquis, propter praeteritam
culpam, pro qua satis fecerit, fratri
improperauerit.

S. 2.

¶ Item grauis culpa est, si quis ma-
la de fratribus aut parentibus, vel
foro-

Ordinis Sanctis. Trinit. 457

fororibus, aut domibus suis malitio-
se euomuerit, quæ testimonio fra-
trum suorum probare nequiverit.
Si quis procedēs, ubi foeminae sunt
oculos fixerit, si tamen hoc in vsu
habuerit, vel cum foemina solus nō
de confessionibus, vel honestis lo-
cutus fuerit. Si quis litteras alicui
miserit, vel sibi missas legerit quas
praelato suo primitus non ostende-
rit, magistris in theologia & praesen-
tatis dumtaxat exceptis.

¶ Grauis culpa est &c. *Declaramus* Tex. 1.
quod quamuis multa in hoc capitulo conti-
neantur, quae de se culpe sunt, sicut dicere op-
probrium fratri, vel mendacium de industria
dicere: vel verba maledicta & in ordina-
ta, & irreligiosa malitiose proferre, mala de
patribus & fratribus euomere, ieiunia eccle-
sastica ab ecclesia statuta sine causa frange-
re non ideo culpa sunt quia constitutionibus
sunt prohibita, sed quia de se mala sunt. Vnde
transgressor in talibus duplicem incurrit poe-
nam, vnam scilicet sacramentalem, ex eo
quod

458 Const. Extravag. fratrum

quod culpam committit, quæ non potest deleri nisi per contritionem quando culpa est mortalis. Aliam vero culpam incurrit ex eo quod transgreditur constitutionem, quam si facere noluerit, vel contempserit incurrit aliam culpam, scilicet obedientie.

¶ Si quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit &c. declaramus omnem fratrem assuetum ad quoscumque defectus debere poena gravis culpe puniri. Declaramus etiam quod quamvis aliquis frequenter & ex consuetudine transgrediatur constitutiones, ut fractionis silentij & huiusmodi, non propter hoc potest dici quod illas ex contemptu transgrediatur, quia illa consuetudo potest ex fragilitate, vel ex negligentia, vel ex aliqua alia causa procedere, sicut otiosa dicere quod de se est veniale. Si quis continue, & pluries, & ex consuetudine talia ociose dicat, non dicitur de se agere ut peccet mortaliter, quia peccatum veniale, quantumcumque iteretur, non efficitur mortale, & eadem ratione transgressio constitutionis, quantumcumque iteretur non obli-

Ordinis Sanctis. Trinit. 459

obligat ad peccatum mortale, quia tamen talis consuetudo disponit ad contemptum grauius punietur, quam simplex rara.

¶ Si quis litteras alicui miserit &c. Inhibemus districte, ne fratres litteras, vel schedulas, vel alia quæcumque memorialia legant, vel transmittant, vel sibi transmissas aperiant, sine suorum superiorum inspectione, vel licentia speciali. Tex.

¶ Pro huiusmodi culpis & his similibus veniam petentibus, & proclamatis, una dies, & una correctio superaddatur: Psalmi & veniæ, secundum quod discretioni Ministri visum fuerit, pro qualitate culparum iniungantur. Eadem poena digni sunt, qui postquam missi sunt, sine licentia reuerti præsumpserint, vel ultra terminum sibi assignatum moram fecerint sine rationabili causa, & si quis pro victu & vestitu, vel pro qualibet alia re murmurauerit. §.3. Caveat autem

460 *Constit. extravaag. fratrum*
autem quilibet frater, ne proclamet
aliquē in capitulo de crimine, quod
tantum audiuit, nisi bene possit pro
bare: quod si accusatus negauerit,
& accusans in probando defecerit,
pœna accusato debita puniatur. Ne
vero vitia occulta maneant prælato
suo, quilibet frater denūtiat, quævi
dit, vel audiuit. Pro huiusmodi cul
pis, & his similibus veniam petenti
bus declaramus, quod fratres de
his quæ continentur in isto capite,
& in capitulo de leui culpa tenean
tur, se in capitulis de culpis accusa
re, & pœnitentiam sibi iniunctam
facere: aliter incurrerent culpam in
obedienciæ: quia, in capitulo de si
lento dictum est, quod fratres de
bent se de silentio, sicut de aliis cul
pis accusare, & de capitulo dicitur
quod fratres qui se reos intellexe
rint, humiliter culpas suas confi
teantur.

¶ Caput.

¶ *Caput. 9. de grauiori culpa.*

¶ Grauior culpa est, si quis per cōtumaciam, vel manifestam rebellio
nem inobediens prælato suo extite
rit, vel cum eo intus, vel foris pro
terue contendere ausus fuerit. Si
quis percussor fuerit. Si quis crimē
capitale (idest) pœna mortis in sæ
culo puniendum cōmiserit. Si quis
procurauerit, quod ipse, vel alius
eximatur à potestate prælati sui via
non iuridica. Si quis rem sibi colla
tam receperit, de his quæ recipi
prohibentur. Si quis rem sibi colla
tam negauerit, quem beatus Augu
stinus furti iudicio asserit condem
nandum. Si proclamatus conuictus
fuerit, sponte surgat, & veniam pe
tens, sceleris sui immanitatem la
mentabiliter proferat, & nudatus
(vt dignam recipiat suis meritis sen
tentiam) vapulet, quantum placue
rit prælato, & sit omnium nouissi
mus

462 *Constit. Extravag. fratrum*
mus in cōuentu, vt qui culpam per-
petrando non erubuit membrum
diaboli fieri, ad tempus (vt resipi-
scat) sequestretur ab ouium Christi
confortio.

§. 2. ¶ In refectorio quoque ad com-
munem mensam cum cæteris non
sedebit, sed in medio refectorii su-
per nudam terram comedet: & pro-
uidebitur ei panis grossior, & po-
tus aquæ, nec reliquæ prandij sui
cum alijs misceantur, vt agnoscat se
ita sequestratum à confortio alio-
rum, quod priuetur (nisi per pœni-
tentiam redeat) confortijs Angelo-
rum. Ad canonicas horas, & gratias
post comestionem, ante ostium ec-
clesiæ (fratribus transeuntibus) pro-
stratus iaceat cū intrant, & exeunt.
Nullus vero audeat se illi coniunge-
re, vel aliquid ei mandare.

§. 3. ¶ Prælati tamen ne (in despera-
tionem labi possit) mittat ad eum,
qui est in grauiori culpa, seniores
qui

Ordinis Sanctis. Trinit. 46.

qui commoneant eum, ad pœniten-
tiam, prouocent ad patientiam, fo-
ueant per compasionem, hortentur
ad satisfactionem, adiuuent sua in-
tercessione, vbi viderint in eo hu-
militatē cordis: quibus etiā suffra-
getur totus conuentus. Nec reuet
prælati cū eo facere misericordiā,
& si videbitur ei, denuo vapulet, ad
pedes singulorū, primo prælati, de-
inde vtriusque lateris sefforum. Ta-
lis, quandiu fuerit in hac pœnitētia
nō cōmunicet, neq; veniat ad oscu-
lū pacis. Et si prædicator est, prædi-
catoris officiū non exerceat, nō no-
tetur ad aliquod officiū in ecclesia,
nec vlla ei cōmittatur obedientia:
nec vocē habeat (nisi in sui accusa-
tione) ante plenariam satisfactionē,
vel donec per maiorē Ordinis Mini-
strū, aut per diffinitores capituli ge-
neralis, vel prouincialis fuerit re-
stitutus. Si fuerit sacerdos, vel dia-
chonus his officijs nō fungatur, nisi
post

464 *Constit. Extravag. Fratrum*
post modum religiose viuat.

§.4. ¶ Si quis tamen (quod absit) in carnis peccatum fuerit pro lapsus, aut furtum commiserit, quod sit notabile iudicio discretorum, vel litteras patris nostri maioris ordinis Ministri, vel patris prouincialis, vel eorum sigilla falsificauerit, vel falsificationis scienter usus fuerit: aut in prælatum suum manus iniecerit temere violentas, aut quemcumque læthaliter, vel grauitate percusserit, aut intra septa monasterii super se arma inuasiua portare præsumpserit, aut aliquod prædictorum fieri fecerit, carcere recludatur.

§.5. ¶ Si quis etiam alteri fratri ordinis vel ipsi ordini crimen falso imposuerit, propter quod crimen (secundum nostrarum seriem constitutionum) frater aliquis carcerem mereretur aut aliquem fratrem erga laicos diffamauerit, aut crimina quæcumque huiusmodi fratrum, secularibus personis,

Ordinis Sanctis. Trinit. 465

sonis, & extra obedientiam nostri ordinis constitutis reuelauerit, unde ordini, vel fratri infamia fuerit subsecuta, vel damna aliqua, modo consimili carceri mancipetur. Et volumus, quod huiusmodi Ordinis destructores non possint nisi per reuerendissimum maiorem ordinis ministrum, aut prouinciale capitulum liberari: idem dicimus de fratribus, qui ad taxillos vel ad chartas lusisse inuenti fuerint, aut in sententiam excommunicationis, à quocumque iudice nostri ordinis rite latam, incidant scienter, quos etiam pænæ carceris volumus subiacere.

¶ Si quis autem aliquid extra monasterium commiserit, frater, qui cum eo est, studeat excessum eius quam citius corrigendum prælato intimare. Correctus vero ad locum, in quo tale quid commisit, ulterius non redeat, nisi ita religiose conuersatus fuerit, quod per diffinitores generalis,

§.6.

Gg ralis,

466 *Const. Extravag. fratrum*
ralis vel provincialis capituli illuc
reversurus iudicetur. Si vero pecca-
tum huiusmodi occultum fuerit, dis-
quisitione secreta (secundum tem-
pus, & personam) condignam agat
penitentiam.

§.7. ¶ Siquis autem de mala familiarita-
te notabiliter suspectus fuerit, &
post admonitionem à praelato factam
de consilio discretorum fratrum (co-
ram eisdem sibi pluries factam) se
non correxisse deprehensus fuerit,
præcipiatur ei in virtute sanctæ obe-
dientiæ per praelatum suum, coram
illis, quibus monitus fuerat, si præ-
sentes fuerint, vel coram aliis discre-
tis de consilio eorundem, ut à tali fami-
liaritate desistat, quod si tale præ-
ceptum transgressus fuerit, postquam
hoc legitime constiterit, tanquam
reus & convictus de suspecto cri-
mine habeatur.

§.8. ¶ Siquis per coniurationem, vel cõ-
spirationem, malitiosam ve con-
cor-

Ordinis Sanctis. Trinit. 467

cordiam adversus ministros, vel
praelatos suos manifeste se erexe-
rint, supradicto modo poeniteant,
Et de cætero per totam vitam novis-
simum locum in ordine habeant, &
in capitulo voce careant, neque
eis aliqua committatur obedientia
nisi per reverendissimum maiorem
ordinis Ministrum, aut diffinitores
capituli generalis, vel provincialis
fuerint restituti.

¶ Si qui tamen fratres non malitio- §.9.
se, sed in veritate adversus Præla-
tum suum aliquid habuerint, quod
nec tolerari debeat, nec deceat,
prius eum inter se cum omni humi-
litate, & charitate de sua correctio-
ne admoneant, quod si frequenter
admonitus se corrigere neglexerit,
aut contempserit, reverendissimo ma-
iori ordinis ministro, vel patri pro-
vinciali, seu visitoribus significet,
ut cum ad eandem domum visitandam venerint

Gg 2 causa

468 *Constit. extranag. Fratru.*
causa manifeste iudicetur. Aliter
praelatos suos subditi infamare non
presumant.

S. 10. ¶ Statuimus, quod si quis crimen ho-
micii, vel propinati veneni (etiā
effectu non subsequuto) commise-
rit, perpetuo carceri sit addictus, à
quo nullo modo possit ante annos
viginti liberari, et nihilominus pœ-
nis aliis puniatur secundum praelati
prudenciam, & discrecionem.

Tex. ¶ Grauior culpa est si quis per cō-
tumaciam &c. Declaramus quod trans-
gressoribus scienter preceptorum, & obediē-
tię superiorum suorum potest, & debet im-
poni prohibiusmodi transgressionibus per præ-
sidentem pœna grauioris culpæ.

Tex. ¶ Vel manifestam rebellionem, &c.
Declaramus, quod manifesta rebellio est quā-
do subditus pertinaciter verba sui praelati con-
temnit, puta cum praelatus dicit, volo omni-
no quod facias hoc & subditus dicit nolo fa-
cere, & sic obedienciam sui praelati transgre-
diens, debet pœna grauioris culpæ puniri, vnde
de

Ordinis Sanctis. Trinit. 469

de sanctus Thomas secunda secunda quest. Thom.
39. art. 1. ad secundum. dicit quod tunc ali- 2.2. q.
quis dicitur rebellionem præ lato suo non obedi 39. art.
re, quando pertinaciter mandata eius contem- 1. ad. 2.
nit, & iudicium sui superioris subire recu-
sat.

¶ Proterue contendere ausus fue-
rit, &c. Declaramus quod proterua conten-
tio est improba & peruersa seu superba disce-
ptatio, vel pugnatio, vel verborum cum tu-
multu. Vnde proterue contendere cum præ la-
to, nihil aliud est, quam verba ipsius ver-
bis tumultuosis improbe & clamose & per-
uerse, seu superbe impugnare, & talis debet pu-
niri pœna grauioris culpæ. Item declaramus
quod nullus sub pœna grauioris culpæ debet
presumere asserere, ministrum sui conuentus
non esse ministrum, neque ab eius obediencia
se subtrahere, donec per superiores si quod du-
bium est, fuerit declaratum. Item quicumque
frater sine licentia sui superioris extra conuē-
tum & cum socio discurrere presumpserit,
Item si quis foras cum socio signato à præ-
lato exierit, et in aliqua parte eum reliquerit,

Tex.

470 *Constit. Extravag. fratrum*

Tex.

¶ Solus diuagauerit per oppidum, poenam grauioris culpæ, se nouerit incurrisse, quam sub præcepto per præfidentem facere cogatur.

¶ Si quis percussor. Declaramus quod si aliquis aliquem quocumque instrumento enormiter percusserit, vel alapam dederit super eius absolutionem Minister provincialis consulatur. Et interim ipse percussor ab aliis sequestretur eo autem absoluto poena grauioris culpæ puniatur. Debet etiam talis percussor, si cum gladio, vel ense percusserit, vel alapam dederit, perpetuo a domo suæ professionis, et ab illa in qua tale crimen commisit eiici et exulare.

¶ Si quis capitale crimen commiserit.

Tex.

¶ Declaramus quod crimen capitale de quo loquitur constitutio est peccatum mortale, quod in committente inducit infamiam, sicut sacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, furtum, rapina, falsum testimonium, ebrietas assidua, et si quæ sunt similia quæ in committente infamiam inducunt, pro talibus imponenda est poena grauioris culpæ. Verum pro fur-

Ordinis Sanctis. Trinit. 471

furto, vel pro homicidio, vel quocumque alio crimine, pro quo in saeculo mortem mereretur, ultra prædictam poenam debet carceri mancipari.

¶ Si quis procurauerit quod ipse, vel alius eximatur à potestate sui prælati.

¶ Declaramus quod quicumque Procurauerit correctionem de se, vel de alio factam, vel assignationem quamcumque, per personas extra obedientiam nostri ordinis constitutas impedire, poena grauioris culpæ puniatur, et omnibus gratiis ordinis sit priuatus, neque ad ipsas restitui possit, nisi per Ministrum maiorem vel capitulum generale, vel provinciale. Eandem poenam volumus incurrere eos qui per personas extra obedientiam nostri ordinis constitutas procurauerint, quod frater aliquis de prouincia, vel de conuentu aliquo expellatur.

¶ Item declaramus quod si quis frater subditus, vel prælatus inducat aliquem fratrem perse, vel per alium ad electionem cuiuscumque prælati aut officialis nostri ordinis, si in hoc deprehensus fuerit, poena grauioris culpæ puniatur et sit per triennium om-

472 *Constit. Extravag. fratrum
nino voce activa & passiva priuatus.*

Tex.

¶ Si proclamatus conuictus fuerit, &c. Declaramus quod licet secundum iura conuictus proprie dicatur qui per testes in iudicio conuincitur, tamen conuictus etiam dicitur, qui pre lato suo peccatum suum fatetur coactus, per aliquam excommunicationem, siue per inclusionem, siue per disciplinas, & alias poenitentias, unde taliter conuictus, illas easdem poenas constitutionis incurrit.

¶ Accusatus autem a pluribus non contestibus ab vno de vno actu, ab alio de alio eiusdem speciei, talis non est conuictus, nec potest sententialem condemnari. sed bene potest ad quaestionem poni. Similiter quando contra aliquem fratrem habentur testimonia secularium potest arctari ad dicendum veritatem, & ad quaestiones poni potissime quando infamia laborat. Unde Petrus de palude dicit quod si infamia praecedenti, duo testes seculares deponunt contra fratrem aliquem, talis potest separari: & veritas ab eo extorqueri: immo ut idem dicit infamia & vna vehemens suspitio, vel infamia & vnus testis sufficiunt ad
sepa-

Ordinis Sanctis. Trinit. 473

separationem fratris puniendi: & talis sic separatus tenetur iudici dicere veritatem de crimine de quo est diffamatus, tam de se quam de alio: quia mentiri in iudicio est mortale. Eo autem ipso quod quiuis vnum crimen habeat propter quod iudex iuste inquirat & procedit contra eum, ex hoc ipso de aliis criminibus potest inquirere etiam si sint sibi occulta, quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homini de occultis iudicare. Vbi ergo per vnum crimen iam est diffamatus esse peccator, debet etiam de aliis peccatis dicere veritatem, haec ille. Non potest tamen sic infamatus per sententiam condemnari nisi per duos testes; vel propriam confessionem fuerit conuictus.

¶ Super terram nudam &c. Declaramus quod in refectorio sedentibus, pro grauiori culpa debet eis poni panis grossior, & vas aquae, & per totam mensam durabit in ea poenitentia. Tex.

¶ Neque renuat praelatus cum eo facere misericordiam.

¶ Declaramus quod quando frater aliquis
Co 5 accusatur

474 *Constit. Extravag. fratrum*
accusatus de aliquo gravi et per testes conuin-
citur, vel ipse in loco iudicii confitetur, pre-
latus nō potest ei parcere quantum ad poenas
privativas, quæ in nostris constitutionibus con-
tinentur, neque etiam debet eis parcere a pœ-
nis positivis: potest tamen in his parcere de con-
silio patrum à consilio. Locus autem iudicii
est capitulum, vel diffinitorium, vel alius lo-
cus ubi sunt consiliarii congregati, ut iudicia-
liter agatur contra eum, in secreto tamen po-
test in omnibus dispensare. Et si dicatur quod
cum confesso mitius est agendum, et per conse-
quens tales poenæ sunt ei remittende, dicendū
est quod in poenis positivis puta Quod stet in
carcere, quod comedat in terra in pane et a-
qua cum prostrationibus tot diebus, quod dicat
tot psalteria, quod accipiat tot disciplinas, si
sponte confitetur, cum eo mitius est agendum,
Et quod huiusmodi poenas potest prelatus ei
remittere de consilio eorum coram quibus iu-
dicialiter confessus est: sed quo ad poenas pri-
vativas puta quod sit privatus voce activa,
vel passiva, vel gratiis ordinis, vel officio pre-
dicationis, vel aliis huiusmodi quæ in
nostris

Ordinis Sanctis. Trinit. 475
nostris constitutionibus continentur, et quæ
sunt canonis latæ sententiæ non potest prela-
tus etiam cum eo sponte dispensare, sed hoc
pertinet ad maiorem Ministrum ordinis, vel
ad diffinitores capituli generalis, vel provin-
cialis.

¶ Ante plenariam satisfactionem Tex.
&c.

¶ Declaramus quod cum ad plenariam ali-
cuius debiti satisfactionem, alterum duorum
requiratur, (videlicet) aut debiti solutio ex
parte eius, qui satisfacere tenetur, quando (vi-
delicet) solvit debitum, vel debiti relaxatio
ex parte illius, qui potest debitum relaxare
Quando (videlicet) ille cui satisfaciendum est
remittit debitum, ita in proposito, ille qui est
in graviore culpa si adiudicatus ad faciendū
talem poenitentiam usque ad unum mensem
vel ad alium terminum ex poenitentia sibi in-
iuncta faciat, vel prelatus qui potest talē
poenitentiam remittere, vel relaxare, dicitur
plene satisfecisse, si remittat.

Carceri mancipetur. Declaramus quod
Ministri nō possunt nec debet proprio iudicio

476 *Constit. Extravag. fratrum*
in carcerare fratres sine consilio patrum a cō-
silio, & sic incarcerati si inveni fuerint cul-
pabiles, non debent inde exire, vel liberari si-
ne licentia provincialis.

¶ Declaramus quod illi proprie carceri manci-
pati intelligantur, qui per diffinitoriam sentē-
tiam sunt carceri condemnati: qui vero ad in-
quirendam veritatem sunt in carcere detenti,
dicuntur separati, vel sequestrati, & mini-
stri recludendi in carcerem habent authorita-
tem.

¶ Item declaramus quod Ioannes papa. 22.
ordinavit quod frater qui fuit carceri iudicia-
liter mancipatus, semota omni crudelitate, se-
cundum quantitatem & qualitatem suorum
excessuum, debet in eodem carcere detineri,
& etiam aliis disciplinis & abstinentiis pu-
niri, ita quod rigor carceris exterminium nō
pariat, sed ad meliora provocet delinquen-
tem.

¶ Item declaramus quod Bonifacius papa
octavus, in bulla quæ incipit ad augmentum
statuit, & ordinavit quod prælati ordinis, ad
quos punitiones, correctiones fratrum delin-
quen-

Ordinis Sanctis. Trinit. 477
quentium spectant debent punire, & corrige-
re fratres delinquentes secundum consuetudi-
nes approbatas, & instituta ipsius ordinis ge-
neraliter facta, & etiam facienda, remediis,
& apicibus iuris ac etiam ordinis iuribus
prepositi. Nec licet eisdem fratribus ab ordi-
nis punitionibus & correctionibus aliquate-
nus appellare.

¶ Item declaramus quod Ministri provincia-
les debent facere quod in omnibus conventi-
bus suæ provincie sint firmi & fortes car-
ceres ubi puniantur criminosi & rebelles.

¶ Firmiter mandamus observari, ut quicum-
que frater alium fratrem de carcere extraxe-
rit, vel ad exendum, seu ad frangendum
carcerem, per instrumentum aliquod, alicui
in carcerato per se, vel per alium ministrave-
rit, carceri realiter & de facto mancipetur.

¶ Volumus etiam & ordinamus quod quicum-
que frater nostri ordinis ad liberationem ali-
cuius fratris nostri ordinis operam dederit ef-
ficacem ex vi presentis statuti, ipso facto ex-
communicationem incurrat, & pena gravie

478 *Constit. Extraneag. fratrum*
vis culpæ subiaceat, declarantes quod fratres
in carcerati, non possunt ipso facto, bonis &
rebus sibi concessis privari, sed debent conser-
uari, ut possint suis temporibus restituui, si su-
periores hoc expedire indicauerint, ad conven-
tus suos, vel ad eos in quibus detinentur depu-
tari,

Tex.

¶ Si quis autem de mala familiarita-
te. &c.

¶ Declaramus quod religiosi debent evitare
consortium et familiaritatem mulierum, tum
propter periculum, quia multi Episcopi post
magnalia & signa miranda sanctitatis nau-
fragati noscuntur propter consortia mulie-
rum, ut dicit Augustinus: tum propter in-
famiam quam ex tali familiaritate incur-
runt: & bonum nomen amittunt, quod ma-
gis debet conservari quam divitiæ, tum tertio
propter notam mali exempli, quia cum viri
inherant prædictis familiaritatibus, occa-
sionem præbent minoribus idem faciendi: &
cum sint infirmi de facili in peccatum cor-
ruunt. Unde nec propter utilitatem tempora-
lem, nec propter desiderium salutis debent
reli-

Ordinis Sanctis. Trinit. 479

religiosi nimiam conversationem aut fami-
liaritatem habere sicut dicit Augustinus. Est
autem tertium genus foeminarum quarum
conversationem & familiaritatem debent
religiosi fugere, quæ de religiosis viris ma-
gis tentantur, quam alix. Primum est ge-
nus foeminarum quæ sunt inuptæ & conti-
nentes, & maxime iuvenes quia cum tenta-
tio carnis sit continue in earum natura faci-
lius tentantur istæ quam conjugatæ, vel a-
liæ foeminae, quæ cum aliis libidinem ex-
plent: Unde Apostolus reddit cautionem Timo-
theum a conversatione talium, prima ad Tim.
5. secundum genus est foeminarum quæ inter
continentes vivunt et sub specie, vel habitu san-
ctitatis facilius effundunt suas tentationes
in viros sanctos cum quibus frequenter con-
versantur. Unde Augustinus dicit quod non
minus cauendum est a consortio & familiari-
tate foeminarum quæ sunt bonæ indolis &
piæ conversationis, quàm ab aliis quibus sub affe-
ctu pietatis plerumque se supponit visus libidi-
nis. Tertium genus est foeminarum illarum,
quæ inter continentes & spectu sanctitatis
habent

480 *Constit. Extraneag. fratrum*
habentes, sunt vilis & infamis conditionis,
quæ facilius cadunt quam nobiles & magnæ
authoritatis matronæ, quæ propter honore
suum hoc attentare dedignantur, & ideo ab
illarum conuersatione cauendum est: vnde
Hieronymus sic dicit, sceminam quam vide-
ris bene conuersantem dilige secundum Deum
non corporali conuersatione (vt habetur D. 3. c.
hospitiolum) debent religiosi evitare occasio-
nes ex quibus causatur et augetur amor carna-
lis inter viros et mulieres. Prima occasio est ac-
cessus ad eas sine causa vrgenti & honesta. Si-
cut enim ex visu mulieris exardescit concu-
piscientia viri, ita ex visu viri exardescit co-
cupiscientia mulieris, sicut patet per exemplum
de sancto Bernardo itinerante quando hos-
pita sua aspiciens eius pulchritudinem in-
flamata est concupiscientia eius, et ideo sancti
viri et precipue qui sunt pulchri, et aspectu
gratosi debent sibi cauere, ne ad domos
mulierum accedant, neque inter ipsas ap-
pareant. Secunda occasio est frequens cum
eis conuersatio, solet enim conuersatio
huiusmodi corda mulierum inflamare
ad car

Ordinis Sanctis. Trinit. 481
ad carnalem concupiscentiam virorum, si-
cut habetur exemplum, Gene. 39. de domina
quæ iniicit oculos in Ioseph, & ideo cau-
dum est ab huiusmodi frequentatione. Tertia
est familiaritas cum eis quæ causatur ex multa
& priuata locutione: familiaritas enim in
omni re præbet audaciam: audacius enim peti-
tur aliquid à familiari quam ab extraneo, sic
& mulier audacius prorumpit intentationem
& deiecit carnalem amorem erga familiare
quam extraneum: & propter hoc prohibetur
monachis & omnibus religiosis facere sibi
comatres ad tollendum familiaritates huius-
modi vt habetur. 18. q. 2. cap. peruenit: et Hie-
ronymus inquit, vel virgines Christi æquali-
ter ignora, aut equaliter dilige. Quarta est of-
fensio affectionis per munuscula & dulces
litteras, nam affectus mulieris erga bonos vi-
ros (licet sanctus) de facili degenerat in car-
nalem propter fragilitatem naturæ eius, &
ideo boni viri si ex aliqua causa vrgenti ha-
beant conuersari, & familiaritatem ostende-
re mulieribus, caueant sibi a verbis blan-
dis, munusculis, & ab aliis actibus, ex quibus
Hh possis

482 *Constit. Extravag. fratrum*
possit carnalis affectus earum erga ipsos cau-
sari, & augeri. Vnde Hieronymus munus-
cula & sudariola & duces litteras sanctus
amor non habet. ¶ 5. est decor & compositio
corporis, quæ carnalem amorem excitant er-
ga viros ut patet in exemplo de Ioseph. Et
ideo boni religiosi vilibus induuntur pannis,
nec componunt caput aut corpus suum: sed
potius per abstinentiam & mortificationes
illud deturpant, et si sentiant se diligi à mulie-
ribus eas fugiunt, & aspere ac dure cum eis
loquuntur, & si ex hoc turbentur, non curant
de earum reconciliatione: quia iudicant me-
lius esse, eas sic esse turbatas, quàm ab ipsis car-
naliter affici. Vnde Augustinus Sermo brevis
asper, & rigidus est semper cum mulieribus ha-
bendus. Sexta occasio est frequens aspectus ip-
sorum, impudicus enim oculus, impudici cor-
dis est nuntius, & quātū ad hoc habetur exē-
plū de David qui videndo Bersabee & de duo-
bus senibus qui videntes Susanā, & illā fre-
quen-ter aspicientes exarserunt in carnalē cō-
cupiscentiā, & ideo debemus oculos auertere,
à conspectu mulierum, ut habetur. 6. q. 1. c. ex

meri-

Ordinis Sanctis. Trinit. '483
merito, ubi sic dicitur officium singulorum
sit oculos habere castos.

¶ *Caput. 10. de grauiissima culpa.*
¶ Grauiissima culpa est incorrigibili-
tas illius, qui nec culpas timet admit-
tere, & pœnas recusat ferre, vel ex
earū repetita inflictione, iudicio dis-
cretorū cognoscitur non proficere:
talis de consilio eorum, carcerali cu-
stodiæ mancipetur, & ibidem secū-
dum exigentiam culparum (iuxta
prælati prudentiam, & discretionē)
ieiuniis, & abstinentiis puniatur, vel
secundum regulā beati Augustini (si
magis expediens iudicatur) per ma-
iorem reuerendissimū que ordinis
Ministrū, vel per patrē prouincialē
exuto habitu Ordinis, ab eo eiicia-
tur, si tamen usq; ad illā horā sani ca-
pitis, & integri sēsus extiterit, quod
tamen mature fiat, ita quod appa-
reant delicta omnia & gesta cum
toto processu, & sentētia in scriptis

Hh a & cum

484 *Constit. Extravag. fratrum*

& cū debitis subscriptionibus, & sigillis, nullus tamen cum habitu ordinis ob quamcumque causam criminalem à sua prouincia eiici possit simpliciter, vel ad tempus, nisi à reuerendissimo maiori ordinis ministro, aut generali capitulo.

¶ Declaramus quod nullus minister conuenualis, potest aliquem fratrem in ordine professum ab ordine nostro licentiare, vel alias expellere sine licentia maioris ordinis Ministri, vel prouincialis, & qui contra hoc fecerint, sint ipso facto ab officiis suis absoluti.

¶ Cum facultas transeundi ad alium ordinem vergat in nostri ordinis, & regularis obseruationis notabile detrimentum, Ministris prouincialibus ac eorum vicariis inhibemus ne huiusmodi licentias sine causa euidenti & necessaria, ac cum mutuo consilio concedant.

¶ Ministris autem conuenualibus, ac eorum vicariis interdiciamus quod nulli fratri deue licentiam ad alios ordines transeundi, ac eis super hoc simpliciter, omnem subtrahimus potestatem

Ordinis Sanctis. Trinit. 485

restatem. Quod si secus fecerint, sint ipso facto ab officiis suis absoluti, & nihilominus omnibus gratiis ordinis sint priuati, ad quas restitui non valeant nisi per maiorem ordinis Ministrum, vel capitulum generale, vel prouinciale.

¶ Si aliqui sunt qui iudicio discretorum, sine graui periculo, vel scandalo in cōmunitate tolerari non possunt, in carcere recludantur, & ibidem secundum exigentiam culparum, & secundum prelati discretionem puniantur.

¶ Declaramus quod cum utilitas communis sit preponenda utilitati priuatæ, quando aliquis est ita scandalosus, & periculosus quod eius conuersatio noceat cōmunitati, nec alii possunt eius mores prauos & peruersos ferre & potius eligerent Monasterium exire, quàm cum tali scandalo stare: debet talis ab aliis separari, & in carcerem recludi. Si vero talis esset in corrigibilis, & non possit aperte corrigi, vel detineri, & recusaret pœnas pro delictis suis impositas ferre, possit exui haberi & ab ordine expelli, si tamen esset integri-


486 *Constit. Extravag. fratrum*
sensus, et videretur ex contemptu peccare.
ille autem, qui propter culpam suam expelli-
tur à prelati, ad huc est suus subditus, sicut
ovis morbida, licet sit expulsa à grege, ad huc
est pastoris. Unde taliter expulsus non est ab-
solutus ab obedientia prelati, quousque tran-
sierit ad aliam religionem, et in ea fecerit pro-
fessionem. Et debet precipi, cum eicitur ne in
oppido, ubi fuerit domus aliqua nostra re-
gularis, possit cohabitare, nec commorari sub
excommunicationis laxe sententię pena, et
quod intra annum se summo pontifici pre-
senter, vel aliam ingrediatur religionem sub eadē
met pena excommunicationis laxe sententię

Et tali expulso litterę testimonia-
les coram notario in hunc modum dētur
Nos frater. N. minister provincialis ordinis
sanctissime Trinitatis redemptionis captivorum
provincię. N. etc. dilecto in Christo Iesu fra-
tri. N. bene agere, et domini timorē. Ad pasto-
ris officium pertinet, scabiosam ovem unguere et
pro viribus sanam reddere, incurabile autē, ne a
liis inficiat a sanis separare. Nos igitur pasto-
ris

Ordinis Sanctissimę Trinit. 487
vis summi Christi Dñi nostri serui, huius pro-
vincię. N. et ovium quas in ordinis sanctissime
Trinitatis peculio possidemus (licet immeriti)
curam habentes, inq; strictissimo Dñi iudicio ra-
tionē susceptarum ovium reddituri, nullam preter-
missimus sollicitudinē, incuranda tuorum vitiarum
scabię, cumq; meliorem sperantes frugē semper in de-
terius, et ad vitiarum precipitia currentē, effre-
nē te experti sumus et (quod non absq; cordis
nostri dolore fatemur) incurabile, incorrigibi-
le, aliq; etiā perniciosum cognovimus, ne dū
tibi prodesse non possumus, aliis minus consulte
provideamus, re mature pensata, et prius habi-
to consilio antiquorum seniorum, autoritate qua
fungimur, te ab ordine nostro expellimus,
tanquam incorrigibilem aliisque perniciosum.
Et quoniam te ab obligatione votorum ab-
soluere non possumus, strictē precipimus,
quod intra .N. tempus ad arctiorem te
conferas ordinem, sine dispensatione, vel
consulto summo pontifice, ad eum ordi-
nem quem voluerit: quo elapso tempore,
si in seculo vagans fueris inuentus,
excommunicationis scias incurrisse sen-
tentiam

488 *Constit. extrauag. Fratru.*
sentiam & sub eadem pena tibi precipimus
ne ultra tres dies commoreris in oppido aut
ciuitate aliqua, vbi domus nostra fuerit
regularis, quam nunc pro tunc his scrip-
tis ferimus, trina canonica monitione
premissa, tribus que peremptoriis
terminis assignatis tribus parti-
bus dicti temporis Sec.
dati &c.

Finis Constitutionum.



489
INCIPIIT FOR-
MULARIUM FRA-
TRVM ORDINIS BEATIS-
simæ Trinitatis & Redemptio-
nis Captiuorum.

Forma generalis absolutionis facien-
de fratribus in sine capituli Prouincialis,
& in sine visitationis, quando Domus
aliqua visitatur.

Quando facienda est generalis absolutio in
capitulo, vel choro, fratres omnes se prosternant:
& dicto confiteor, &c. & misereatur. P. Prouin-
ciali surgat & dicat.

Si tenemini aliquo vinculo, vel ali-
quibus vinculis excommunicationis, su-
sensionis, aut interdicti, (in quantum
se extendunt priuilegia ordinis, atque
etiam gratiæ) autoritate mihi com-
missa, & vobis concessa, ego vos absol-
bo & restituo sacrosanctæ matris eccles-
siæ sacramentis, & communioni, & vni-

H h s tiat

tati fidelium in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Item eadem auctoritate ego dispenso vobiscum super irregularitate, vel irregularitatibus (si quam, vel si quas contraxistis) & habilito vos executioni ordinum & officiorum vestrorum. Item eadem auctoritate ego absolvo vos ab omni transgressione regulæ & constitutionum, et Ordinationum, et admonitionum, et ab omni pœnitentia oblita, seu neglecta et ab omnibus aliis, de quibus consuevit fieri absolutio in consimilibus capitulis, vt sitis absolui hic, et ante tribunal Domini nostri Iesu christi, habeatisq; vitã æternã et viuat in sæcula sæculorũ amen, post modũ pro arbitrio suo iniungat pœnitentiam.

Forma recipiendi nouitios ad habitum ordinis.

¶ Postquã nouitius (iuxta nostra statuta) ad habitum fuerit admissus, congregatis omnibus fratribus in capitulo, et ministro superpelliceo et stola induto, recipiendus ad dictum capitulum

Venias

veniat cum patre nouitiorum, et coram prelato sit genibus flexis.

¶ Protinus Prelatus (habito prius breui quodam spirituali sermone) iubeat procuratori conventus, vt quæ scripta sunt num. 26. §. 4. nostrarum cõstitutionum, voce clara, et intelligibili, illis in presentia fratrum legat, et post hæc, si talis recipiendus ab omnibus supra dictis se liberum et immunem esse affirmauerit, protinus minister benedicat scapularium positum ante eum simul cum cuculla in hunc modum. Vers. adiutorium nostrum in nomine Domini. Res. qui fecit cælum et terram. Vers. sit nomen. Vers. Dñe exaudi. ψ. Dñs Vobiscũ, Oremus. Dñe Iesu christe, qui tegimẽ nrę mortalitatis induere dignatus es, obsecramus tuæ largitatis abũdantiã, vt hoc genus vestimẽti, quod sancti patres ad innocentiã et humilitatis indicatiũ abrenunciãtes huic sæculo, ferre sanxerũt, ita bene dicere et sanctificare digneris, vt hic famulus tuus, qui hoc in sæculo vsus fuerit induto, te induere mereatur qui uiuis et reg. cũ deo patre in vnitate Sp̃s sancti Deus.

¶ De in

fol. 352
392

¶ Deinde Prælatus tollens a recipiendo sæculare vestimentum dicat. Exuat te Deus veterem hominem cum omnibus actibus suis. R. amen. Post hæc induens eum ordinis vestimenta dicat induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Dicatque pro cius, Chyrieleyson. & conuentus prosequatur. Christe eleyf, Chyrieleyson. rursus dicat Prælatus clara voce, Pater noster. & conuentus secreto recitet, quo finito dicat prælatus similiter eleuata voce, Et neno inducas. &c. que subsequuntur, quibus conuentus plene respondeat. V. Saluum fac seruum tuum Resp. Deus meus sperantem in te Vers. mitte ei Domine auxilium de sancto. Resp. & de Sion tuere eum, Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis. Res. a facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo. Res. & filius iniquitatis non apponat nocere ei vers. Benedicamus. patrem, & filium, cum sancto spiritu. Res. laudemus & super exaltemus eum in sæcula. Vers. Domine exaudi &c. Vers. Dominus vobis-

biscum. Oremus.

¶ Adesto Domine supplicationibus nostris & hunc famulum tuum bene dicere digneris, cui in tuo nomine habitum religionis imponimus, vt te largiente, & deuotus in ordine persistat, & vitam consequi mereatur sempiternam, per Christum &c.

Oremus.

¶ Omnipotens sempiternus Deus, qui dedisti famulo tuo in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniatur aduersis, per Christum &c.

Oremus.

¶ Prætende Domine misericordiam tuam famulo tuo, dexteramque cælestis auxilii, vt te toto corde perquirat, & quædigne postulat, assequatur, per Christum. &c.

¶ His finitis tenentes chorum genibus flexis incipiant hymnũ. Veni creator, spiritus, quẽ

conuentus alternatim, etiam genibus flexis usque ad finem prosequatur.

Veni creator spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris, donum dei altissimi, fons viuus ignis, caritas, et spiritualis vnctio.

Tu septiformis munere dextræ dei tu digitus tu ritè promissum Patris, sermone ditans guttura.

Accende lumē sensibus, infunde amorem cordibus, infirma nostri corporis, virtute firmās perpeti: hostem repellas longius, pacemq; dones protinus, ductore sic te prauio, vitemus omne noxiū.

Perte sciamus, da, patrem, noscamus atque filium, te vtriusque spiritum credamus omni tempore.

Gloria Patri Domino, natoque, qui a mortuis, surrexit, ac paraclito. in sæculorum sæcula. Amen.

¶ Quo finito tenentes chorum dicant, Vers. Emitte Spiritum tuum et creabitur.

et con-

et conuentus respondeat: Et renouabis faciē terræ, et prælatus stans dicat, Oremus.

¶ Deus, qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti da famulo tuo in eodē Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere, per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecū viuit, & regnat in vnitate eiusdē Spiritus sancti Deus, per omnia.

¶ His peractis omnes surgant, et sacerdotes in suis locis sedeant, nouitius vero genibus flexis prælati manum deosculetur, quem idem prælatus ibidem suo patri nouitiorum tradat, eumque Pater ad patrem Provinciale(m) (si ad sit) deferat, ut etius manum deosculetur, ab ipsoq; benedictionē accipiat, et singulos amplectatur patres et postea ad nouitiorum domum eundem deducat, vbi alicui fratri religioso, et exemplari (ex sua schola) ipsum commēdet, eū in caeremoniis ordinis incipiat instruere, eūq; associetur. Vestiarius autē omnes vestes prædicti nouitii diligenter custodiat usq; ad professionē

¶ *Forma recipiendi fratres ad professionem faciendam.*

Post-

¶ Postquam novitius (iuxta solitum morem) in capitulo coram fratribus professionem petierit, & per maiorem partem vocalium eiusdem capituli iuxta nostra statuta) ad professionem admissus fuerit, Prælati eum accersiri iubeat, & in conveniunt presentia eum in hunc modum interroget, quæ est petitio tua frater? ipse que genibus flexis respondeat. Dei misericordiam, & vestram sanctam societatem humiliter postulo. Cui Minister dicat. Dominus tibi concedat suam piissimam misericordiam, & electorum suorum societatem. Res. amen. Et protinus eidem novitio nostra quarta constitutio numeri. 26. a conventus procuratore (ut dictum est supra) perlegatur, qua lecta propria manu cum reliquis capitularibus subscribat (ut dictum est supra).

¶ Deinde Prælati brevi sermone eum adhortetur ad observantiam trium votorum essentialium scilicet, obedientie paupertatis, & castitatis, secundum nostram apostolicam regulam, & huius Ordinis sacri constitutiones, religionisque asperitates illi proponat, eumque admoneat ut ante professionem de peccatis suis generaliter confiteatur, &

pro-

professionis die prius quam se deo votis obliget, de manu celebrantis missam maiorem sacro sanctum Eucharistia Sacramentum devotè accipiat. Quo etiam die sacrista sanctorum reliquias in altari maiori ponat.

¶ Postquam integrum probationis annum novitius adimpleverit, modoque supra dicto, ad professionem admissus fuerit, statuto die a Prælati, professionem sic faciat. Finita missa omnes religiosi suis cappis & cucullis induti, ad cappellam maiorem vadant & in fine conventus Prælati professionem celebraturus pretioso pluviiali indutus subsequatur. cum vero ad cappellam maiorem pervenerint, ordinatim suis in locis genibus flexis sint, eo usque Prælati signum surgendi faciat, tunc enim surgant, & ibidem stent. protinusque Prælati ad dextrum cornu altaris prope partem euangelii ascendat, ubi in præparato loco sedeat, iuxta quem debet esse scabellum tapete ornatum in quo sit scapularium benedicendum cum cuculla, & prope ipsum Abenulum aquæ lustralis, & nostri Ordinis constitutiones. panis & aqua cum disciplina. Statimque sine mora novitorum Pater cappa indutus, novitium a sacristia in cappellam maiorem ad pro-

li firm

498 *Formularium. fratrum*
fitendum deferat. qui eodem modo vestitus vadat
quo nouitii communiter solent incedere, & ubi pri-
mum iuxta gradus altaris peruenerint, genua fle-
Etant, finitaque breui oratione surgat. Quod si pro-
fessio in choro, vel in capitulo fuerit facienda
Prælati superpelliceo et stola indutus erit, et
omnia (vt dictum est) fiant in quantum locus
permiserit, et nouitius ibidem stans ad sinistram
patris nouitiorum, voce eleuata, sic sua vota emic-
tat iuxta tenorem chirographi, quod afferre debet
ab ipso subscriptum in libro professionum, qui ta-
lis erit.

¶ Ego frater. N. Clericus stabilitatem corporis
mei sanctæ Trinitati promitto coram Domino, et
sanctis reliquiis eiusdem ecclesiæ in præsentia
patris Ministri Prouincialis vel ministri vice
Reuerendissimi Patris nostri Generalissimi. N. et
successorum eius, et in præsentia cæterorum fratrum
et emendationem morum meorum, præcipue in ca-
stitate, et sine proprio, et incommuni, et in obedien-
tia viuere secundum gratiam mihi collatam a
Domino et facultatem virium mearum.

¶ Post votorum emissionem ad altare ascendat et
pro-

Ordinis Sancti. Trinit. 499
prope sacrarium genua flectat, et statim
surgat professionis que chirographum super altare
ante sacrarium deo offerat: deinde iterum genua fle-
xus deosculetur altare et surgat vadatque ad lo-
cum ubi prælatus sedet et ibi sit genuflexus: et
prælatus accipiens regulam et constitutio-
nes, panem, et aquam, et disciplinam offerat
fratri dicens, Accipe frater regulam et cō-
stitutiones, quas obseruare debes, con-
cedo tibi panem et aquam et societate
fraternitatis nostræ, vt deinceps parti-
cipationem, tam in spiritualibus, quam
in corporalibus nobiscum habeas, acci-
pe que disciplinam, qua (si oportuerit)
corrigendus eris. Deinde surgat prælatus
et benedicat vestes in scabello positas, easque aqua
benedicta aspergat (eodem modo quo scapulariis
nouitii in susceptione habitus benedixit) ibi-
dem etiam sit nouitiorum Pater vt in exu-
endis, & induendis vestibus prælatum ad-
iuuet, et Prælatus scapularium, & cucullam
a nouiter professo prius auferat statimque illi
benedictas vestes induat dicens, induat te Do-
minus nouum hominem, qui secundum

Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.

His peractis nouiter professus surgens, & ante praelatum se inclinans veniat ad locum ubi prius vota emisit, ibi que stans alta voce dicat. vers. Suscipe me Domine secundum eloquium tuum, & viam, & non confundas me ab expectatione mea.

& ter eundem versum proferat, in qualibetque vice aliquantulum vocem magis eleuet, terque similiter se prosternat, in primis duabus vicibus eo usque Dominicam orationem secreto recitet, prostratus iaceat, & intertia tandem usque ad signum surgendi datum, & dum sic procumbit, Praelatus incipiat antiphonam, Suscepimus Deus, & tenentes chorum incipiant psalmum, Magnus Dominus & Laudabilis nimis &c. Quem conventus alternatim decantans prosequatur, Ita cum psalmis, Miserere mei Deus, & Ecce quam bonum, & quam iocundum, singula que finiuntur, Cum Gloria Patri &c. Quibus finitis, tenentes chorum incipiant Antiphonam, suscepimus Deus. & chorus prosequatur, misericordiam tuam in medio templi tui, his

præ-

prohabitis Praelatus dicat clara voce, Chyrieleison & conventus prosequatur, Christeeleison, Chyrieleison. Rursus Praelatus dicat. Pater Noster. (& dum secreto recitatur, prostratum nouiter professum aqua benedicta ter aspergat) deinde dicat alta voce, & nos inducas &c. Que subsequuntur, quibus conventus plene respondeat. Vers. saluum fac seruum tuum. Resp. Deus meus sperantem in te. Vers. mitte ei Domine auxilium de sancto, Res. & de sion tuere eum. Vers. esto ei Domine turris fortitudinis. Resp. a facie inimici. Vers. nihil proficiat inimicus in eo. Res. & filius iniquitatis non &c. vers. Domine Exaudi orationem meam. Resp. & clamor meus &c. Vers. Dominus vobiscum.

Oremus.

Quoniam omnipotens sempiternus Deus miserere famulo tuo, & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat, per Christum &c.

Oremus.

¶ Deus, qui renuntiantibus sæculum, mansionem paras in cælo, dilata huius congregationis temporale habitaculū cælestibus bonis, vt superne teneantur compage charitatis, vnanimis continētiae præcepta custodiant, sobrii, simplices, & quieti, datam sibi gratiam fuisse cognoscant, concordet vita illorum cū nomine, professio censeatur in opere. Per Christum &c.

Oremus.

¶ Deus qui non vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam, & emendationem semper requiris, misericordiam tuæ clementiæ suppliciter imploramus, vt huic famulo tuo, sæcularibus actibus renuncianti largam tuæ pietatis gratiam cælitus infundere digneris, quatenus castris tuis insertus tibi militando stadium vitæ præsentis ita percurrere valeat, vt brauium eterne remunerationis accipiat. Per Christum.

¶ His

¶ His finitis tenentes chorum genibus flexis incipiant decantare hymnum, Veni creator spiritus. & ipsum chorus prosequatur: quo finito cantores decantent Vers. emitte Spiritum tuum & creabitur. & chorus respondeat, & renouabis faciem terræ. & præ latus dicat Oremus

¶ Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti da famulo tuo in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere per Christum &c. Oremus.

¶ Domine Iesu Christe, qui es via, sine qua nemo venit ad patrem, quæsumus benignissimam clementiam tuā, vt hūc famulū tuum a carnalibus desideriis abstractū per iter regularis disciplinæ deducas, & qui peccatores vocare dignatus es, dicens venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos, præsta, vt hæc vox inuitationis tuæ ita in eo cōualescat, quatenus onera peccatorū deponēs, & quā dulcis es, gustās tua refectione satiari mereatur, & sicut attestari de tuis ouibus dignatus es,

Ii 4 agnos-

agnosce cum inter oues tuas, & ipse te
ita agnoscat, vt alium non sequatur, sed
te: neque audiat vocem alienorum, sed
tuam, qui dicis, qui mihi ministrat, me
sequatur, qui viuis & regnas cum Deo
patre in vnitate Spiritus sancti Deus
per omnia. &c.

¶ *His peractis* Prælati sedeat & per nouicio-
rum nouo professo signum surgendi det qui sur-
gēs se profunde ad sacrarium inclinet, & ad prælatum
vadat eiusque manum genibus flexis deosculetur
deinde idem faciat benedictionem accipiens ac de-
brante missam, (si publice professio fiat) humiliter
que diachonum amplectatur, & mox ad suum Pa-
trem nouitiorum accedat, genibusque flexis eius
manu n osculetur, qui statim professum deferat
ad amplectendum suo ordine singulos religiosos
ibidem assistentes, interimque organa pulsentur.

¶ *Post hæc* conuentus eodem quo venit ordine re-
uertatur. Modus intrādi in capellā maiore & ab
ea exeūdi, in cæremoniali dictus est & talis semper
erit, bini & bini, (prius iuniores deinde seniores) in
medio capellæ, prope vltimum altaris gradum ge-
nua flectant, protinusque se erigentes versa facie

vnius

vnius ad alterum demissis oculis cum silentio &
religione simul reuertantur.

¶ *Forma recipiendi ad professionem fratres laicos.*

¶ *Si qui* profitetur, frater laicus est, materna lin-
gua profiteatur flexis genibus coram ministro, Mi-
nister manus eius amplectetur suis manibus
cui (vt quæ profiteatur intelligat) dicet, Er reddis te
deo ad seruiendum in societate & obedientia con-
gregationis huius, & ad tenendam vitam canoni-
cam, secundum regulam nostram & constitutiones
quæ iam institutæ sunt, vel (deo anuente) instituē-
tur? Respondeat, reddo. Iterum minister, promittis
obedientiam, paupertatem, & castitatem deo, &
mihi vice R. P. N. G. & huic sanctæ congregatio-
ni, & perseuerantiam stabilitatis tuæ vsque in fi-
nem, secundum gratiam tibi a deo collatam & pos-
sibilitatem virium tuarum? Resp. promitto. Tunc
minister dicet, Dominus Deus det tibi opere perfe-
cere, quod voto inchoare concessit. & professio
scribatur eadem lingua & idiome materno di-
cens, ego frater. N. stabilitatem &c. quam si le-
gere sciat publice alta voce proferat, & similiter

Ii 5 dicat

dicet ter, suscipe me Domine &c. tunc minister habitum professorum (scilicet) scapularium professorum benedictum (ut præ dictum est) ei concedat, & conuentus antiphonam, psalmos & hymnum supra dictum recitabit, & omnia alia supra dicta fiant in capitulo vel in choro.

Forma admittendi ad habitum & professionem Donatos siue conuerses, quos semi fratres, coadiutores, siue Tertiarios alii appellant.

¶ Modus hætenus obseruari solitus in receptione & professione fratrum nostri Ordinis laicorum cum Donatis siue conuersis omnino obseruari volumus: habitus tamen debet esse diuersus, qualis in nostris constitutionibus determinatur, professio vero cum non sit sollemnis, sed simplex, in hunc modum fieri debet. Ego frater. N. Promitto obedientiam, paupertatem, & castitatem sanctissimæ Trinitati, & tibi patri fratri. N. Ministro huius conuentus secundum formam et consuetudinem fratrum Donatorum Ordinis sanctissimæ Trinitatis et redemptionis captiuorum hætenus obseruatam, secundum gratiam mihi collatam a Domi-

no & facultatem virum meorum. Quod vero atinet ad mulieres Deo Donatas (quas beatas vulgari nomine appellamus) nolumus ullomodo ad habitum aut professionem in ordinem nostrum admitti. Quod si casu aliquo admittantur, id sine licentia patris provincialis nullo pacto fiat, & tunc quidem habitus earum erit qualis monialium laicarum nostri ordinis excepto pallio, quod nigri coloris: erit forma quoque professionis erit ea quæ pro Donatis est recitata. In recitandis vero horis Donati atque Donatæ modum teneant, quem sorores et laici nostri seruant, cum quibus semper confiteantur & communicent. Minister aliter mulieribus donatis habitum aut professionem concedens ipso facto a ministerii officio sit absolutus, maneat que triennio voce actiua et passiuæ priuatus.

✠ *Forma recipiendi seculares deuotus ad beneficia ordinis.*

¶ Frater. N. Minister provincialis ordinis sanctissime Trinitatis & redemptionis captiuorum huius provincie. N. dilecto nobis in Christo fratri. N. Salutem in Domino Iesu. Deuotus vestre caritatis affectus, quem ad nostrum ordinem vos habere, multiplex & grata fratrum nostrorum relatione cognouimus, merito requirit, ut beneficia ordini nostro Dei benignitate collata, vobis gratus impertiamur. Quare de omnipotentis Dei misericordia et liberalitate confisi, omnium miseram orationum predicationum. studiorum, Vigiliarum, ieiuniorum abstinentiarum, & aliarum austeritatum & etiam laborum quos itinerantes pro captiuorum redemptione patiuntur, ceterorumque bonorum operum ac meritorum, que fratres nostri ordinis diuina bonitas in nostra provincia fieri dederit, communionem, & participationem concedimus et elargimur, vosque ad ipsius Ordinis beneficia & suffragia recipimus & admittimus in Vita pariter & in morte, ut multiplici sanctorum suffragiorum preliquo adiuti, hic augmentum gratie, & in futuro vitam percipatis eternam, in quorum fidem &c.

¶ For

✠ *Forma litterarum procuratoris conuentualis ad capitulum Prouinciale.*

¶ Nos infra scripti scrutatores fidem facimus, & attestamus, qualiter venerandus pater. N. electus fuit a maiori Parte nostri capituli & conuentus. N. in procuratorem et socium patris Ministri, ad capitulum prouinciale habendum in conuentu. N. hoc anno. N. nam in eius electione schedulis facta seruatisque seruandis, ex octo vel nouem sex illum habuisse suffragia inuentum est. Cum ergo electus sit a maiori parte & procurator factus, rogamus ac petimus, ut tanquam talis procurator conuentus nomine admittatur. In quorum fidem manu propria subscripsimus, ego frater. N. vicarius, vel preesidens ita esse attestor. ego frater. N. secundus scrutator confirmo ut supra. ego frater. N. Tertius scrutator subscribo & confirmo ut supra.

✠ *Forma litterarum scrutiniis seu decreti electionis mittendi ad reuerendissimum maiorem totius Ordinis Ministrum, seu ad patrem prouinciale, pro confirmatione ministri prouincialis, vel conuentualis electi.*

Re-

¶ Reuerendissime pater, vel admodum reuerende pater, vacante provincialatu, seu Ministratu nostræ provincie, seu conuentus, Post expletum triennium Reuerendi patris Fratris. N. in officio provincialatus, seu Ministratus eiusdem, vel propter absolutionem, vel propter assumptionem ad administrationem Conuentus. N. Solliciti fuimus nobis de pastore & capite providere, ne diutius absque legitimo capite permanentes, aliquod damnum pateremur. Ideo citatis per me Fratrem. N. Vicarium vel Præsidentem eiusdem conuentus seu provincie, & vocatis ac expectatis omnibus quibus intererat, vel interesse poterat ad electionem conuenire, die. N. mensis. N. ad consuetum tintinabuli sonum capitulum ingressi sumus, cumque locus & tempus cunctis placuisset, protestatus sum, me nullum admittendum excludere velle, nec excludendum admittere. Inuocata ergo Spiritus Sancti gratia (qui attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter cuius nutu cuncta reguntur & gubernantur) & accepto communi modo procedendi, per schedulas, scilicet, iuxta Sacro Sancti concilij Tridentini sanctionem, & nostrarum seriem constitutionum, omnibus denique & singulis

gulis præmissis, que in huiusmodi electionibus præmitti debent & solent: ego cum duobus scrutatoribus ad mensam coram omnibus positam accessimus, ibi que vota omnium, & singulorum, in schedulis accepimus, acceptis, numeratis, atque apertis, & demum lectis nominibus eligendorum in scripto traditis, atque ad numerum collatis, inuentum est, quod Frater. N. à maiori parte ultra medietatem per prædictas schedulas in electione nominatus fuit: nam cum essemus octo vel nouem, habuit quinque vota: & Frater. N. quattuor. Tunc ego cum prædictis scrutatoribus ad medium capituli veniens, & librum constitutionum nostrarum tenens formaui hoc modo decretum. Ego Frater. N. Vicarius, vel prædens huius Conuentus. N. vel provincie. N. eligo vice præsentium electorum Reuerendum patrem Fratrem. N. in Ministrum huius conuentus, vel Provincie huius provincie. N. in nomine patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Cum ergo electio nostra sit recte facta, & de persona idonea & benemerita tam moribus & religione, quam prudentia, & doctrina prædita, rogamus reuerendissimam vestram paternitatem, vel reuerendam

pater-

paternitatem vestram, ut eam approbare, & electum omnino confirmare, & nobis concedere dignetur, cui nos & provinciam nostram, seu conventum nostrum commendamus, datum. N. die mensis. N. anno Domini millesimo. &c.

¶ Si vero aliqua contradictio, vel oppositio fiat ab aliquo, debet scribi in eisdem literis, vel aliis separatis, cum decreto tunc mittendo, hoc modo. Duo fratrum (scilicet) frater. N. & frater. N. noluerunt huic nostre electioni consentire, vel opposuerunt se ei dicentes, quod facta fuerit per inductiones, et subornationes quod tamen non probauerunt, deinde subscribatur hoc modo ego frater. N. vicarius, vel praesidens, subscripsi manu propria, ego frater. N. secundus scrutator ita esse confirmo. Ego frater. N. Tertius scrutator ita esse attestor, et sic claudatur.

¶ *Forma habilitandi fratres unius conventus, ad secundam electionem, qui peccauerunt in prima.*

¶ Et licet eligentes et peccantes in forma eligendi, et in materia electi sint ea vice privati vocibus suis, tamen pater noster provincialis potest (si placet) eos ad voces restituere et habilitare, sub hac forma.

In

In Christo vobis dilectis filiis. Cum propter defectum commissum in forma eligendi, siue in materia electi in vestra electione, quam in favorem Fratris. N. fecistis, ut clara veritate reperi examinato decreto vestro mihi transmissio, incideritis in poenam privationis vocum vestrarum, non valentes pro hac vice alium eligere ministrum, ideo que electionem vestram in favorem fratris. N. supra nominati quassauerim, & irritauerim, cum iuris non obtinuerit firmitatem, & ex eo vestrum eligendi ministrum mihi sit devoluta potestas, valens per me ipsum vestrum eligere pastorem: de gratia speciali potestatem meam vestrum eligendi praelatum in vos transfero, & transmissam ac translata in vobis esse volo, vos habilitans, & restituens ad vestras proprias voces, per praesentes mandans vobis, quatenus ad aliam electionem procedere valeatis praevia conscientia cum prudentia discretionis tali, ne in ipsa vestra electione, quam de ministro vestro futuro facietis, a debito exorbietis iure, vitium quod cumque incomportabile ulterius committendo. Vale re. datum. &c.

¶ *Forma Provisionis electi in Ministrum.*

¶ Frater. N. Minister provincialis provinciae. N. ordinis beatissimae trinitatis, & redemptionis, ca

K k

pt 110

ptiuorū, in dei filio nobis charissimo fratri. N. salutem, et Spiritus Sancti consolationem. Licet pastoralis curæ sollicitudo nihil aliud sit quam quædam tempestuosæ mentis afflictio, cum propriis omissis, alienis commodis vacare oporteat, caritate tamen fraterna cogimur (affectatæ quietis dulcedine seposita) communem præferre utilitatem, et regimine confratrum necessitatibus de seruire. Sane fratres conuentus nostri N. ministri sui solatio destituti, conuenientes in vnum iuxta nostrarum seriem constitutionum, vt sibi de idoneo capite prouiderent, gratia de super irradiante diuina te in suum eligere Ministrum, prout expressius patet, eorū electionis decreto. Maturō ergo habito consilio & decreto diligentius examinato, te ante dictum fratrem. N. de cuius prudentia, maturitate, morum honestate, doctrina, ac religionis zelo, plurimum in Domino confidimus, tenore præsentium, in Ministrum præfati conuentus, damus et confirmamus cum authoritate corrigendi, & castigandi, ligandi & soluendi, nec non et ea quæ ad prædictum conuentum, (tam spiritualia, quam temporalia) spectauerint, et utilia extiterint procurandi, cum ea potestate, quæ dari consuevit Ministris in nostro ordine de obseruantia confirmatis, secundum nostrarum seriem constitutionum, præcipientes et mandantes, omnibus, et singulis

gulis fratribus, sororibus, & donatis in præfato conuentu existentibus & concurrentibus, atque intra septa eiusdem domus commorantibus in uirtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis pœna, quam in his scriptis ferimus, contrarium facientibus, trina canonica monitione præmissa, vt tibi. N. Ministro electo & confirmato tanquam mihi obediant in præmissis, & quamuis de obedientia tua plurimum speremus vt tamen ad maius meritorum augmentum impositū cædat onus, in hibemus tibi in uirtute sanctæ obedientiæ & Spiritus Sancti ne possis alienare, neque vendere, aut pignori obligare, vel eradicare bona immobilia dicti Monasterii. N. nec cōstitutionibus nostris contraire. In quorum testimonium præsentis litteras fieri fecimus & sigillo nostræ prouinciæ communiri. Datum in domo nostra, seu cænobio. N. die. N. Mensis N. anno Domini. &c.

Forma eligendi & confirmandi Ministros, quando potestas est deuoluta ad patrem nostrum Prouincialem ob electionis defectum.

¶ In Christo nobis dilectis filiis, &c. viso et examinato vestrae electionis decreto, quod fecistis de fratre. N. ipsum inuestrum Ministrum, et pastorem eligendo, reperi non rite et canonice factam ut pote quod in electione conformes esse nolueritis, aut quia intra mensem non elegistis, vel quia aliquem Ministrum alterius domus non privilegiatae, ante biennium exactum in domo in qua erat Minister electus, vel quia domus quinarium numerum vocalium (per sex menses continuos ante electionem in eadem commorantium) non habet pro electione Ministri iuxta seriem constitutionum nostrarum, vel quia electio defecit in suis substantialibus, ut pote in scrutinio, vel quia non in tempore debito, aut quia defecistis in materia electi quia non erat aetate congrua vel scientia opportuna, aut quia excommunicatus erat, vel quia electio vestra defecit in aliquo vel aliquibus in iure, vel in nostris constitutionibus de obseruantia contentis: obquam causam vel causas, ipsam vestram electionem tanquam nullam irritauimus, et quassauimus, & quassatam et irritatam cum priuatione vocum vestrarum pro hac vice, alium eligere non posse Ministrum, vobis significo, ac denuntio per praesentes, et quia potestas vestrum eligendi Ministrum, ad me est de voluta ipso iure, nolens vos & conuentum vestrum, suo Ministro, et pastore carere. Fratrem. N. idoneum & suffi-

sufficientem, in quo nullus defectus reperitur, quo ineligibilis reddatur moribus bonis, & virtutibus ornatum in vestrum vestri que conuentus ministrum & pastorem elegi, et electum a me rite, confirmaui: ac etiam eligo, et sic a merite electum confirmo & confirmatum significo, & denuntio tenore praesentium cum auctoritate &c. ut supra.

¶ *Forma provisionis confirmationis electi in Ministrum in cap. Prouinciali vel extra quando ad patrem prouincialem pertinet electio.*

¶ Frater. N. Minister prouincialis prouinciae N. Ordinis Beatissimae Trinitatis, & Redemptionis captiuorum, in dei filio carissimo fratri. N. salutem, et Spiritus sancti consolationem. Licet pastoralis curae sollicitudo nihil aliud sit quam quaedam tempestuosae mentis afflictio, cum propriis commissis, alienis commodis vacare oporteat, charitate tamen fraterna cogimur (affectatae quietis dulcedine seposita) communem praeferre utilitatem & regimine confratrum necessitatibus deservire. sane cum (secundum seriem nostrarum constitutionum) per nos debeamus in aliquos conuentus

Ministros eligere, ut de idoneo capite provideamus conuentui nostro, N. gratia de super irradiante diuina habito cōsilio te in ministrū supra dicti cōuētus elegimus, & quia de tua prudentia, maturitate, morum hōestate, doctrina, ac religionis zelo plurimū in Dño confidimus, tenore presentium, in Ministrum praefati conuentus do, & confirmo cum autoritate &c. ut supra.

Forma confirmandi Priorisam.

¶ In Christo nobis carissimæ sorori. N. atque cæteris sororibus monasterii sanctæ Trinitatis & redemptionis captiuorum. Frater. N. Minister prouincialis, salutem in Domino cum felicitate æternitatis sempiterna. Decretum vestræ electionis quod de sorore. N. fecistis, recepi, per vos mihi destinatum. Habita itaque examinatione super cētentis in eodem reperi vestrā electionem, quam de præmissa sorore. N. fecistis, fuisse rite & canonice celebratam, iuxta formam iuris. Ea propter considerata sufficientia & idoneitate prædictæ sororis sic electæ, ad vos et monasterium vestrum regendum et gubernandum, ipsam sororem vestram vestri que monasterii priorisam & reatricem & gubernatricem diligenti prouidentia præfeci, & institui dedique atque confirmaui, conferens eidem ad
mini-

ministrationem et gubernationem tam in spiritualibus, quam in temporalibus (quam habere debent priorisæ nostri ordinis) presentium tenore ac etiam in præmisso tenore prædictam sororem. N. in uestram, uestri que monasterii priorisam instituo, præficio, do, et confirmo cum prædictis autoritatibus, administrandi, gubernandi, et regendi ex præmissis significatis, mandans vobis, ac uestram charitatem in Domino Iesu Christo exhortans ut dictæ priorisæ vestræ, ad preces supplicatorias uestras sic confirmatæ, humiliter & deuote, ut filij obedientiæ, vere pareatis et parere debeatis prompta qua debetis obedientia, attendentes suis monitis salutaribus, ut dictæ priorisæ vestræ obedientia cadat ad subleuamen in laboribus suis cum supportatione opportuna, & vobis proueniat cum merito ad præmium sempiternum, datum in domo nostra. N. Die. N. mensis. N. anno Domini &c.

*Forma instituendi vicarium in
monasterio sororum
seu monia-
lium.*

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. Cum monasterium sanctæ. N. ciuitatis vel oppidi. N. ordini nostro incorporatum ad presens nullum habeat vicarium, quia finiuit suum officium frater. N. vel propter mortem vel aliam causam, volens dicto monasterio de vicario idoneo salubriter providere sicut moris est, te de cuius religione ac zeli rectitudine in Domino gero fiduciam plenioram in dicto monasterio et super dicto monasterio sororum sanctæ. N. diætæ ciuitatis vel oppidi. N. meum instituo vicarium, tam in temporalibus quam in spiritualibus, tam in capitibus quam in membris, presentium in scripto tenore conferens tibi potestatem corrigendi, puniendi, sententias ferendi &c. faciendi quæ concernunt conseruationi gubernationi in moribus & virtutibus ac regularibus institutis, & quod possis assignare & deputare confessorem prohibito tuæ voluntatis et remouere ac mittere ad communicandum eas tēpore sacrę communionis atque administrandum eis quælibet opportuna ecclesiastica sacramenta, maxime quando possibilitas tua ad sibi dicta adesse non posset: mandans omnibus et singulis sororibus et donatis et socio vel sociis in præfato conuentu concurrentibus atque intra eandem domum commorantibus in virtute sanctę obedientię, et sub excommunicationis Pœna quam in his scriptis ferimus, contrarium facien-

faciētibus, trina canonica monitione præmissa, vt tibi. N. vicario a me electo et confirmato tanquã mihi obediant in præmissis, et quamuis de obedientia tua plurimum sperem, vt tamen ad maius meritorum augmentum impositum cædatur, præcipimus tibi in virtute sanctę obedientię vt intra. N. dies. N. ad dictum officium exercendum te conferas, in quorum testimonium præsentibus litteras fieri fecimus, et sigillo nostrę prouincię communiri. Datum in domo nostra. N. die. N. mensis. N. anno Domini &c.

Forma absolutionis alicuius ministri propter eius defectum vel culpam.

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. cum in sacris canonibus reperitur fore caurum, quod prælati, erga subditos sollicitam debet gerere curam, corrigendo inquietos, insolentes, & discolors, verberare regularis disciplinę (iuxta transgressionem repertam culparum) puniendo, cum reipublicę expediat, vindicare delicta, vt ab errore male agendi retrahantur, & ad bene agendum inducantur, vos autem in prædictis vestram desidiosam negligentiam nõ attenditis, quia disciplinam correctionis in manibus vestris non tenetis, quare sub præsentia regiminis vestri multi errores cõ-

tra nostra regularia committuntur & vitia quibus nostra regularis obseruantia, in cōuentu prelationis vestræ naufragatur quā plurimum, ex eo quia errores vitiorum, disciplina correctionis nostrę nō studeatis diligenti emendare cura, ideo vos ipsi, cum talibus errantibus etiam pariter errare demonstratis: ea propter quia non exercetis officium veri pastoris, qui oves in silvas ne rapiantur a lupis intrare non permittit exclamādo & virga eas percutiēdo, quia subditos vestros per abrupta vitiorum transgressionis regulę & constitutionum ac admonitionum superiorum trāscurrere permittitis. Ideo in tali & tam discrimiosa præsidentia vestra, minime sustinere debeo, salua salutis conscientia: impulsus autem causis ante dictis, ab officio administrationis conuentus. N. & ab onere dicti officij, præsentium tenore vos absoluo & reuoco, atque sic absolutū & reuocatū denūtio & significo per præsentes. Vale.

*Forma absoluendi Ministros, qui volunt
& petunt absolui per patrē Prouincialē.*

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. &c. quia a me instantibus & deuotis precibus de speciali petistis gratia, ab onere officij administrationis domus. N. debere reuocari, vt a modo perfrui valeatis optate quietis solatio, propter multiplices laboriosas, quas pertulistis sollicitudines in dicto

administrationis officio, præmissis precibus vestris, vt vobis impartiar cōsolationis gratiā, affectu beneuolo inclinatus, quotiescūque a data vel receptione præsentium in capitulo publico ibidem fratribus congregatis litteras meas per te legeris, vel per aliū legendas duxeris, ex tunc pro vt ex tunc, ab administrationis præsate officio reuoco pariter & absoluo, atque istis sic lectis litteris, te absolutū et reuocatū a dictę prelaturę officio, omnibus significo ac denūtio per præsentes. Vale. datū in domo nostra. N. die. N. mēsis. N. an.

*Forma instituendi vicarium in aliqua
domo suo carente Ministro.*

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. cū præsens domus. N. suo careat Ministro & pastore ad gubernandā & regendam eam, nec habeat debitum Vicarium, nolens dictam domum absque aliquo gubernatore remanere, ne corruat propter vitia impunita, quę vitam regularem deformant, ideo te (de cuius religione zelirectitudine, in domino gero fiduciā pleniorē) in dicta domo. N. do in vicarium cum omni plenitudine potestatis, quam habent vicarij in conuentibus, vel domibus mortuo vel amoto Ministro donec Minister dictę domus fuerit electus & confirmatus ac præsens in eadem domo. vale. Datum in domo nostra. n. die. n. mensis. n. anno Domini &c.

☞ *Forma instituendi vicarium prouincialem quando pater minister prouincialis a prouincia abesse debet.*

☞ In Christo nobis dilecto fratri. N. cum ad nostrum generale capitulum quod die presentis anni. N. in tali loco debet celebrari accedere debeam, vel quia ad sarracenos oportet transire, pro Redemptione captiuorum, siue propter aliquod legitimum, et nolens (vt debeo) prouinciam nostram sine opportuno et idoneo rectore et gubernatore dimittere, vos (vel te) de quorum (vel de cuius) discretis prudentia ac religione bona zeli que rectitudine, in Domino gero fiduciam plenioram, do instituo, & dispono, ac facio in nostra prouincia & super omnes conuentus meum vicarium prouincialem, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, tam in capitibus, quam in membris, conferens tibi (aut vobis) liberam auctoritatem et potestatem corrigendi, & puniendi, visitandi, examinandi precipiendi, requirendi, citandi, sententias ferendi, poenitentiandi, mutandi, a quouis officio absoluendi (contingente causa) ministros confirmandi, & declarandi, ac de cetero omnia et singula faciendi et ordinandi, quae ego ipse mea potestate facere possem, si in prouincia praesens

praesens adessem, etiam si talia essent quae mandatum exigent speciale ad ipsa faciendum, praesentium expresso tenore, incipiet autem haec vel vestri vicariatus auctoritas. A. N. die mensis. N. presentis anni et durabit quo vsque ad prouinciam reuersus fuero et praesens in eadem extitero. Bene in Christo Domino valete, et me fratrum orationibus deuote recommendate datum in domo nostra. N. die. Mensis. N. anno Domini. & c.

☞ *Forma instituendi visitatorem qui visitet certas domos.*

☞ In Christo nobis dilecto fratri. N. cum ex ordinatione & mandato constitutionum nostri Ordinis de obseruatione debeam, ac teneam, per me ipsum aut per idoneum visitatorem omnes & singulos visitare conuentus, ac domos prouinciae, & quoniam ad tales conuentus vel domos certis & legitimis impedimentis occupatus, eis que nostre prouinciae & Ordinis concernunt honestatem pro praesenti (vt expediret,) accedere non possum pro visitationis officio, id circo te quia in capitulo electus es visitator de cuius religione ac zeli rectitudine in domino gerimus fiduciam plenioram, in dictis conuentibus vel domibus, do & instituo, dispono, ac facio visitatorem ac commissarium, vt vice nostra dictos conuentus siue domos visitare (cum plenitudine quam habent visitatores tenore

nore constitutionum) valeatis, vobis concedens cetera facere posse, tam in correctionibus quam in punitionibus & reformationibus opportunis, quæ cadant & cadere valeant ad predictorum conuentum honestatē & ordinis reformationē & honorem. Vale. datis in domo nra. N. Die. N. mēsis. N.

Forma instituendi vicarium in aliquo speciali conuentu propter litigia vel aliam contingentem causam.

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. querella mihi est proposita quod in conuentu. N. sint litigia rixosa, quæ dictum conuentum in multis perturbant, & quia iustitiæ opus est vnicuique ius suum reddere, vt talia litigia rixosa auferantur, et rescindantur, ad pacis tranquillitatē, cui debetur impenso iure suo, te de cuius prudentia ac religione, atque Zeli rectitudine, in Dño fiduciā gero pleniorē, in dicto conuentu et super omnes fratres dicti conuentus, tam in capitibus quam in membris, tam in spiritualibus quam temporalibus vicarium meum instituo, et dispono, conferens tibi plenam authoritatem meam corrigendi penitentiandi, visitandi, examinandi, sententias opportunas ferendi, et maxime ea quæ addictam principalem pertinent causam, contra quælibet rixosa, litigiosa, vt sopiantur, debito fine faciendi,

faciendi, & omnia ac singula operandi, & excercendi, quæ concernere possunt ad dicti conuentus fratres (iustitia iuris ad hoc interposita) reformationem, pacem, ac nostri ordinis honestatem & mei ac prouincię expedientem honorem. Durabit autem vestri vicariatus authoritas. N. diebus. Postquam dictum conuentum fueris ingressus. Datum in domo nostra. N. die. N. mensis. N. anno Domini &c.

Forma instituendi vicarium quando Minister fuit negligens nominandi.

¶ Frater. N. Minister prouincialis ordinis sanctissimæ Trinitatis & redemptionis captiuorum prouinciæ N. dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in Domino Iesu. Cum fuerimus certi quod in conuentu. N. vicarius non sit, nos ex nostra authoritate vt in constitutionibus præcipitur te in vicarium præfati conuentus nominamus, sperantes tua indulgentia & prudentia dicto conuentui pro eodem officio sufficienter esse prouissum & propterea authoritate officii nostri, et presentium tenore te in dicto conuentu assignamus, instituimus, & facimus vicarium cum omni authoritate & potestate quam ceteri vicarii in nostra prouincia iuxta constitutiones et ap-

probatam consuetudinem habere solent, in nomine patris et filii & spiritus sancti amen. Mandantes tibi in uirtute sanctæ obedientiæ, ut in dictum conuentum te conferas intra. N. dies, & Prefatum vicariatus officium diligenter exequaris. Datum in domo nostra. N. Die. N. mensis. N. anno Domini.

☞ *Forma instituendi patrem nouitiorum.*

☞ In Christo nobis dilecto fratri. N. quia de nouitiis instruendis et educandis, tam in officio diuino quam in moribus, & obseruantis regularibus Ordinis sollicita est adhibenda cura, prout ordinis nostri constitutiones disponunt, ideo Pater idoneus est ipsis nouitiis deputandus, et quoniam recollectus es in bonis & honestis uirtutum moribus, aptus ad nouitiorum instructionem atque ipsorum educationem, in his quæ utilia sunt ipsis, ut tibi proueniat eterne salutis meritum, te in patrem nouitiorum conuentus. N. de puto pariter & assigno, tibi libere concedens eam auctoritatem quæ in opportuna educatione & correctione ipsorum nouitiorum est necessaria. in quorum fidem presentes litteras fieri fecimus, datum in domo nostra. N. Die. N. mensis, N. anno Domini &c.

☞ *Forma assignandi magistrum studentium.*

☞ In Christo nobis dilecto fratri. N. cum influentibus erudiendis, non qualis cumque sit adhibenda cura, quando illis, (suo tempore) in confessionibus audiendis, aut contionibus ad populum habendis, aut administrationum officiis debito tempore gubernandis seu cathedris regendis, sit animarum salus committenda, et cū futuræ sint lucernæ quæ non sub modio, sed supra candelabrum (deo donante) accensæ esse debent, pastoralis teneatur officio, illis de idoneo magistro providere, qui non modo, eos bonas litteras et urbanitatem doceat, verum etiam probatis et religiosis moribus instituat. Et quoniam sufficientia tua, morum integritas, prudentia, atque doctrina (pro magistri studentium munere obcuncto) mihi comperita satis est, ideo presentium tenore: in magistrum studentium pro cenobio nostro. N. te assigno, precipiens omnibus et singulis studentibus in uirtute Spiritus Sancti, quatenus tibi in executione tui officii tanquam suo ministro obediant nolentes pro hoc ordinario ministri officio præiudicium inferre, cuius saluam semper esse volumus auctoritatem. Vale, datum in nostro monasterio N. die Mensis. N. anno Domini.

Forma instituendi lectorem.

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in domino Iesu. Cum conuētus. N. careat lectore, te venerandum Patrem fratrem. N. cuius doctrinam, docendi facilitatem, & elegantiam diserendi, nec non probitatem & religiosos mores non paruo tempore sumus experti, deligimus, cui munus præfatum in aliorum profectum & tuæ obedientie meritum cōmendamus. Ideoque authoritate vt supra nobis commissa te fratrem. N. præfatum, damus, instituimus, & facimus, & sic datum, institutum, & factum, assignamus lectorem in conuentu. N. cum omnibus gratijs priuilegijs & exemptionibus, quibus huiusmodi lectores potiri & gaudere consueuerunt. Mandamusque tibi in virtute sanctæ obedientiæ, vt dictū lectionis officium statim suscipias, & ad illius executionem & tuam pro eo assignationem, quam citius (commode tamen) potueris te accingas. Datum in nostro monasterio. N. die N. mensis. N. anno domini, &c.

Forma assignandi studentes ad aliquam vniuersitatem vel studium.

¶ In

¶ In Christo nobis dilecto fratri. N. prefectui tuo beneuolo affectu intendens, cum nulli liceat (secundum nostrarum seriem constitutionum) ad studium accedere, sine sui obtenta licentia superioris, tenore presentium, te in vniuersitate, vel studio, seu conuentu. N. deputo & assigno pro studente facultatis. N. sub obedientia nostra sacre religionis & Ministri dicti Cœnobij, Christo domino humiliter seruiturum. Datis in domo nostra. N. die. N. mensis. N. anno domini, &c.

*Forma recipiendi aliquem ad magistris-
gisterij gradum,*

¶ Nos infrascripti minister prouincialis difinitores & magistri (ad quos secūdū nostrarum scrip-
constitutionum pertinet admittere & exponere eos qui ad aliquem gradum sunt admittendi) fidem facimus, & attestamur qualiter in hoc capitulo prouinciali celebrato hoc anno. N. reuerendus pater. N. præsentatus (completis omnibus quæ secundum nostras constitutiones ad magistris-
gisterij gradum adipiscendum necessaria erāt) per nos omnes, (cum de ijs nobis constitisset) ad magistris-
gisterij gradū fuit receptus & intra numerū magistrorū huius prouinciæ, loco fratris. N. defuncti, admisus. Quapropter locum, sessionem, & omnes alias prerogatiuas, exemptiones, & ante-

Li 2

lano.

lationes quæ in nostro Ordine de obseruantia talibus magistris concessæ sunt, illi concedimus, præcipimusque omnibus et singulis istius prouinciæ fratribus vt dictum reuerendum Patrem Fratrem. N. tamquam magistrum habeant, Ministris vero et præidentibus vt locum et sessionem talem magistris Ordinis debitam illi præstent ac præstari faciant, in quorum fidem, propriis manibus huic expositioni & admissioni subscripsimus, & à secretario capituli subscribi & sigillo prouinciæ muniri fecimus. Datis in domo nostra sanctissimæ Trinitatis oppidi. N. anno. N. mensis. N.

Forma recipiendi aliquem ad presentaturæ gradum.

¶ Nos infra scripti. &c. Venerabilis pater N. Cõpletis omnibus secundum nostras constitutiones ad presentaturæ gradum consequendum necessariis, per nos omnes (cum de iis nobis constitisset) ad presentaturæ gradum fuit receptus et intra numerum presentatorum huius prouinciæ, loco fratris. N. defuncti vel ad magisterium prouecti admissus, qua propter vocem actiuam et passiuam in capitulo prouinciali ad omnia quæ in illo tractantur & sessionem in maiori mensa cæterasque prerogatiuas exemptiones & antelationes quæ in nostro Ordine de obseruantia talibus

libus graduatis concessæ sunt, illi concedimus, præcipimusque omnibus et singulis huius prouinciæ fratribus, vt dictum venerabilem patrem fratrem. N. : tamquam præsentatum habeant Ministris vero et præidentibus vt sessionem in maiori mensa, et alia presentatis debita illi præstent ac præstari faciant in quorum fidem propriis manibus huic expositioni et admissioni subscripsimus, et à secretario capituli subscribi, et sigillo prouinciæ communiri fecimus. Datis in Domo nostra sanctissimæ Trinitatis oppidi. N. anno N. die vero. N. mensis. N.

Forma instituendi prædicatorem prouinciæ.

¶ Nos infra scripti Minister prouincialis diffinitores & magistri &c. Fidem facimus & attestamus qualiter venerandus pater Frater. N. completis omnibus quæ ad prædicatorum prouinciæ dignitatem adipiscendam secundum nostras constitutiones erant necessaria, per nos omnes (cum de iis nobis constitisset) intra prædicatorum prouinciæ numerum loco fratris. N. fuit admissus et ad huius modi dignitatem receptus qua propter illi concedimus, ea quæ in nostris constitutionibus talibus prædicatoribus conceduntur. (videlicet) vocem in capitulo prouinciali sicut presentati illam habent. Sessionem que

in maiori mensa, ubi nullus fuerit pater provincie, magister nec presentatus, & nihil aliud nisi quod hic declaratur. Precipimus que omnibus huius provincie fratribus ut predictum venerandum patrem fratrem. N. tanquam talem predicatorem habeant. In quorum fide propriis manibus huic admissioni subscripsimus, et a secretario capituli subscribi, et sigillo provincie communi fecimus, datis in domo nostra sanctissime Trinitatis opidi. N. anno. N.

Forma licentiandi fratres de conventu ad conventum.

In Christo nobis dilecto fratri. N. positis causis vestris, que vos ad conventum. N. debere accedere iuste compellunt, ut negotia dictarum causarum vobis opportuna explere valeatis, vobis eundi licentiam concedo presentium tenore, terminum ibi commorandi per. N. vobis assignans. Vale datum in domo nostra. N. die. N. mensis. N. anno Domini &c.

Forma Licentiandi frat. ut vel in curiam romanam vel regiam vel alio possint proficisci.

In Christo nobis dilecto fratri. N. significatis mihi certis causis tuis, que te ad Romanam vel regiam accedere curiam vel alio (cogente necessitate) compellunt, siue ad negotia domus nostre. N. seu provin-

vincie, vel ordinis procuranda, ut negotium tibi vel domui nostre vel provincie opportunum vel ordini in premissa Romana curia vel Regia vel alibi exercere valeas, cum effectu illuc accedendi, inscripto presentium tenore tibi concedo licentie facultatem, imponens nihilominus distincte tibi, ut postquam in dicta Romana vel regia curia, vel alibi dictum negotium tibi, vel domui nostre vel provincie, seu ordini opportunum a te fuerit executum cum festinatione ad tue habitationis domum redeas. Datum in nostro conventu. N. die mensis. N. &c.

Forma licentiandi fratrem aliquem ad visitandos parentes.

In Dei filio nobis charissimo fratri. N. Ordinis sanctissime Trinitatis & redemptionis captiuorum, subdiachono vel diachono, vel presbytero. Ego frater. N. minister provincialis salutem, & itineris prosperitatem. Cum ob certas vestras necessitates & rationabiles causas, sit vobis necessarium, parentes & consanguineos vestros visitare: a me humiliter licentiam petistis ad eos proficiscendi. Ea propter, moribus vestris laudabilibus exigentibus, & necessitatibus vestris compatiens, petitioni vestre annuendum duxi. Vnde harum tenore, Dei & Ordinis benedictione concedo vobis liberam facultatem &

licentiam eundi in talem ciuitatem vel locum, & ibi commorandi per mēsem, vel quindecim dies, rogans omnes & singulos cōuentuum ministros, p̄sidentes, seu vicarios, ad quos vos declinare contigerit, quatenus vos benigne recipiant & caritative pertractent, in quorum fidem sigillū officij mei duxi presentibus apponendum. Datum in domo nostra. N. die. N. mensis. N. &c.

Forma licentiandi fratres vt ad arctiorem Ordinem possint transmigrare.

¶ In Christo, &c. Instanti petitione à me postulasti, vt tibi dem licentiā vt ad arctiorem ordinē possis transire, siue regulā, cū igitur meq̄ sit intentionis ad fruges altioris meriti & obseruatiæ regularis Christo Deo seruire volētes fauorabiliter prosequi nullo modo volui te ab hactua bona intentione amouere. Et licet quilibet permanere debeat, in ea vocatione qua à Deo vocatus est: tamē qui spiritu Dei agūtur, nō sunt sub lege, neq; à lege arctātur, quia vbi spiritus Dei est, ibi libertas, si igitur spiritu Dei duceris, vt transire debeas à voto primæ tuę professionis ad arctiorem regulam, vt profitearis, in eadē quę arctiora seruare proposuisti, propter tuę salutis maius meritum, cōtra spiritum Dei altissimi me opponere nolo,
ca

ea propter petitioni tuę beneuolo affectu condescendens, quantum mea interest, & in potestate mea consistit: omnimodo & forma quibus debeo, & possum sine offensione iuris, tibi liberam licentiam concedo (presentium tenore) atque tribuo, vt valeas migrare, atque transire ad ordinem et regulam arctiorem, atque in eodem profiteri, secundum dispositionem & ordinationem regulæ & consuetudines dicti Ordinis, retinens in me (donec ipsi Ordini ad quem transitum feceris, per professionem fueris alligatus) quam nūc habeo super te iuridicam potestatem. In cuius licentiæ plenariæ concessionis robur et testimonium, presentes fieri feci. Datum in domo nostra. N. die. N. &c.

Forma litteræ testimonialis pro aliquo qui mittitur pro necessitatibus domus, vel pro elemosyna.

¶ In Dei filio, &c. Quia conuentus noster. N. In presenti mittere debet vnum fratrem in. N. pro emendis aliquibus necessarijs pro conuentu, vel pro elemosyna captiuorū, vel domus quę denuo aedificatur, aut alterius, vel capellæ; ideo de vestra sinceritate confidens, tenore presentium do vobis licentiam eundi et emendi, vel postulandi, aut procurandi quæ vobis commissa sunt:

et cum ea expedieritis ad conuentum vestrum statim redibitis, rogās nihilominus omnes & singulos Ministros seu præsidentes conuentuū ad quos declinaueritis, quatenus vos benigne recipiant, & caritative pertractent. In quorum fidem sigillum officij mei duxi presentibus apponendum. Datum in nostro monasterio. N. die, N. mensis. N. anno, &c.

☞ *Forma licentiæ recipiendi ordines.*

☞ Frater. N. Minister provincialis, &c. Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in domino Iesu. Per presentes concedo tibi licentiam accedendi ad illustrissimum ac Reuerendissimū Archiepiscopum, seu Episcopum. N. recipiendique ab eius dominatione Ordinem. N. fidele de te perhibēs testimoniū, quod invita, etate, morumque honestate idoneus sis. Datis in nostro monasterio. N. sub signatis nostra manu propria & sigillo nostri officij munitis, & à nostro secretario subscriptis.

☞ *Forma licentiandi aliquem ad aliquam prædicationem.*

☞ In Dei filio, &c. vt supra. Cum Ordo noster ab initio ad redemptionem captiuorum, &

animarum salutem fuerit institutus, ac similiter ad prædicationem & diuini sermonis sparsionem: & ad id fratres operam debent impendere efficacem, vt proximorum saluti vtiles esse possint, acquirēdo fideiū eleemosynas & bona, quibus Christianis captiuis possint subuenire. Te de cuius moribus & scientia, ac idoneitate proponendi verbum Dei certus sum, ad instantiam communitatis, & hominum talis terræ, qui à me idoneum prædicatorem petierunt pro futura quadragesima, vel ad procurandum pro captiuis, & ad laudem & honorem Dei omnipotentis & Ordinis nostri dilatandum, in eorum præsentatione, ac procuratore & expeditione deputo incontentatorem. Rogans te ac plurimum in Domino exhortans, quatenus tanquam vir euangelicus, in omnibus exhibeas exemplar, & in sana doctrina populum instruere velis, ac fideliter captiuos, & eorum eleemosynas tractes, quatenus ad Dei & Ordinis laudem & animarum salutem multarum, cum bona omnium ædificatione post expletum tibi commissum tempus redire possis, quod absque dubio credo facies. Datis in nostro monasterio sanctissimæ Trinitatis. N. die n. mensis. n. anno domini, &c.

☞ *Forma instituendi procuratorem pro curia regia vel Romana.*

☞ Quo

quoniam ad totius prouinciae bonum & utilitatem expedit ut in curia romana vel regia aliquis frater deputetur, tam pro substantia domorum prouinciae, quam pro antiquitate tuenda vel conseruanda, vel pro priuilegiis et gratiis à Romanis pontificibus, ac regibus obtinendis denuo, vel antiquis roborandis, aut pro facultate à pontifice maximo obtinenda ad alicuius domus constructionem seu translationem, seu ad alias quascumque causas, vel negotia huic prouinciae vel alicui eiusdem prouinciae domui opportuna, ideo tenore praesentium, te (de cuius prudentia, maturo consilio, honestate morum, religionis pio zelo, ac huiusmodi negotiorum & causarum experientia plurimum indomino confidimus) creò (auctoritate mei iniuncti officii) in totius prouinciae procuratorem apud Romanam vel regiam curiam pro quibuscumque eiusdem causis vel negotiis, aut cuiusvis ipsius domus tuendis vel procurandis, aut fauoribus gratiis vel priuilegiis in illius fauorem. Datis in nostro monasterio. N. Die. N. mensis. N. anno Domini. & c.

*Forma dandi facultatem alienandi
iuxta bullam concessam ordinibus
mendicantibus, ut in ma-
ri magno.*

Fra.

¶ Frater. N. Minister Prouincialis & dilectis nobis in Christo venerandis patribus Ministro & fratribus nostri conuentus. N. Ordines sanctissimę Trinitatis et Redemptionis captiuorum salutem. Exposuistis nobis, quod pro victu, sustentatione, & necessitatibus fratrum vestri conuentus coacti fuistis multa exponere, propter quod aere alieno ac debitis obnoxii remanistis, et remanetis, ad quorum solutionem, cum redditus annui, ac elemosynae quotidianae minime sufficiant necesse est vendere aliquid immobile, ut creditoribus pro iustitia satisfaciat. Ideoque, rogastis nos, ut agrum seu fundum terrae quem conuentus vester habet in loco. N. inter alia bona ad ipsum spectantia minus utilem, vendendi licentiam vobis concedere vellemus, nos igitur qui iustitiam per debitorum solutionem seruari cupimus, et agrum seu fundum illum in loco. N. cuius valorem annuum centum aureos non excedere, & vobis minus utilem esse credimus, auctoritate apostolica nobis per litteras in forma breuis a felicis recordationis Clemente septimo collata, et praesentium tenore vobis dictum agrum seu fundum sub suis finibus & terminis latius in contractu exprimendis vendendi seu alias iusto contractu alienandi, licentiam & facultatem concedimus: dummodo ad hoc accedat assensus duorum tertiorum vestri capituli, & pretium indi-

etorum

etorum debitorum solutionem realiter & cum effectu conuertatur. In quorum fidem presentes litteras fieri fecimus, & sigillo nostri officii communi. Datis in nostro monasterio. N. die mensis N. anno &c.

Forma dispensandi illegitime natos fratres professos. Cuius dispensationis facultas concessa fuit à sexto quarto ut in mari magno.

¶ Frater. N. Minister Prouincialis de concilio patrum diffinitorum dilecto nobis in Christo fratri N. salutem in Domino Iesu. Cupientes ut fratres nostræ curæ crediti, religioni cui addicti sunt, in omnibus ad que spiritus sanctus eos vocare dignatus fuerit, libere valeant de seruire: te venerandum religiosum fratrem. N. quem religiosa vita, spectabiles mores. catholica doctrina, & in agendis prudentia, & honesti labores commendabilem reddunt. auctoritate apostolica nobis & diffinitorio nostro in capitulo existentibus comissa, presentium tenore ad omnia, & singula officia, gradus dignitates & ordines etiam sacerdotii, etiam administrationis conuentualis & prouincialis, ac magisterii in sacra theologia, & diffinitoris tam prouincialis quam generalis capituli, & electoris etiam Ministri generalis, à quo-

quorum susceptione, vel executione, ob defectum natalium, iuxta constitutiones nostras esse impeditus, habilitamus, & habilem facimus non obstantibus quibuscumque. In quorum fidem nos omnes propria nomina subscripsimus datis. N. &c.

Forma licentiæ peregrinandi in terram sanctam.

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in Domino Iesu. Quoniam in hac vita peregrinum te (iuxta Apostolicam sententiam) esse cognoscis, ad terram in qua Deus ipse factus homo peregrinum se fecit, religionis causa peregrinandi licentiã tibi a nobis dari petisti: nos ergo eo facilius tuis petitionibus condescendimus, quo vehementius cupimus, ut eidem Domino nostro Iesu Christo per spiritum (que nostra perfectio est) renascaris, mundo moriaris, inque vitæ nouitate resurgas, atque in celestibus tota mente verseris ac propterea, ad Natiuitatis Mortis Resurrectionis & Ascensionis eius loca videndũ, ibiq; oradũ ubi steterũt pedes eius, proficiscendi licentiã et facultatẽ concedimus per presentes, comẽdamusque te omnibus et singulis cõuẽtuũ & locorũ nostrorũ præsidentibus & Fratibus ad quoscundo vel redeundo, ex itinere declinaueris, ut

recipient, et hospitaliter eum caritate per-
tinent. In quorum fidem, &c.

☞ *Forma licentiae audiendi
Confessiones.*

☞ Dilecto nobis in Christo fratri. N. Salutem
In domino Iesu. Cura animarum cura, et medi-
cina ministrum postulent non minus sapientem,
quam studiosum, et probum: tuae scientiae et
morum non ignari, per praesentes litteras conce-
dimus tibi licentiam, ut Christi fidelium confes-
siones audire possis. In nomine Patris, et Filij, et
Spiritus sancti, Amen. Habita per prius licentia
Reuerendissimi ordinarij. In super commenda-
mus tibi in visceribus Christi Iesu, ut (ad ea so-
lum, quae Dei sunt habito respectu) animarum
commodum, vitiorum extirpationem, et virtu-
tum frequentiam procures. Datis in nostro mo-
nasterio. n. die. n. mensis. n. anno domini. sub si-
gnatis nostra manu et officij nostri sigillo mi-
nori munitis.

☞ *Forma excommunicandi contuma-
cem & rebellem fratrem, nolentem
venire ad claustrum suae
religionis.*

☞ Dile

Dilectis fratribus. N. E. t. N. Cum ex mandato sa-
crorum canonum, fugitivos, et vagabundos fra-
tres teneamur requirere, et ipsos reducere ad sui
ordinis claustrum, ne errabundi pereant, salua or-
dinis disciplina. Et cum diebus multis illicencia
tus incedas vagabundus vel solus contra tui Or-
dinis honestatem, et in damnationem animae
tuae, ut reducaris ad ouile gregis fratrum tuorum
prout debes ac teneris, idcirco te requirimus, ci-
tamus et monemus tenore praesentium semel at-
que iterum et peremptorie, nec non in virtute
spiritus sancti & sanctae obedientiae, & sub exco-
municationis poena latae sententiae quam ipso fa-
cto incurrere volumus, praecipientes mandamus
quatenus infra. N. Dies a receptione praesentium
vel postquam de praesentibus constiterit tibi ad
claustrum tui conuentus et Ordinis beatissimae
Trinitatis, deposita omni rebellionem humiliter
venire ac redire debeas, a quo exire seu discede-
re tibi non liceat, nisi ministri provincialis obtē-
ta licentia, quemadmodum obseruant & faciunt
fratres nostri Ordinis, qui nullatenus monasterii
septa egrediuntur, nisi suorum superiorum prae-
habita & obtenta licentia. Quod si infra dictum
terminum. N. dierum quem tibi statuimus vnum
pro tribus et peremptoria canonica monitione
sic praemissa venire contempseris, aut nolueris
in te & suprate tanquam contumacem et rebel-

Mm

lem

lem mandatis nostris, & ordinis, ex nunc prout tunc et econtra excommunicationis sententiam ferimus, et his scriptis sedentes pro tribunali te sic excommunicationis vinculo innodatum denunciamus, datis et actis. N. & c. sub sigillo nostre prouinciae in testimonium et robur praemissorum.

*Forma excommunicandi
fures & latrones.*

¶ Vniuersis et singulis fratribus conuentuum Prouinciae. N. Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptionis captiuorum, ad quos praesentes per venerint. Frater. N. Minister prouincialis prouinciae. N. et ordinis antedicti, salutem in Domino cum faelicitate aeternitatis sempiterna. Quaela grauis ad me peruenit, quod in conuertuali, factum extitit furtum quodamvalde sumptuosum in rebus accommodatis et ad vsum concessis fratri. N. pro vt etiam apud me fuit conuastus. Ideo cum tale furtum per quemcumque fratrem ipsum habentem salua salutis conscientia minime possit retineri, quia non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum, nolens damnationem eternam cuiuscumque venire debere propter furtum praemissum, sed debere restitui praedicto fratri. N. cui debetur, vt ipsa damnatio aeterna furatis non praualere possit, sed salus sempiterna.

piterna. Idcirco omnes et singulos conuentuum fratres moneo et requiro, qui bona praemissi & ante dicti fratris. N. (quocumque sint illa) furtiue habuissent, vel alio illicito modo detinerent, atque de ipsis suis bonis scirent, ac etiam habentes de suis bonis, quouis modo notitiam haberent salua iuris conscientia, Primo, secundo, & tertio, peremptorie, nec non in virtute Spiritus Sancti et sanctae obedientiae ac sub excommunicationis poena latae sententiae praecipiendo mando, quod infra sex dies a praesentium notitia, vel postquam eis de hoc praesenti mandato constiterit, sine mora debeant ipsa bona praedicto fratri. N. restituisse, ac ex toto desisse: alias dicto termino sex dierum elapso, quem statuo vnum pro tribus et peremptorium canonica monitione sic praemissa, qui contra fecerit, vel contra ierit in tales & contra tales tanquam contra contumaces ex nunc prout ex tunc et econtra, excommunicationis sententiam infero et in his scriptis sedendo pro tribunali atque tales excommunicationis vinculo innodatos denuncio et significo per praesentes.

Forma excommunicandi illos qui bona fratris defuncti retinent.

¶ Vniuersis & singulis fratribus ordinis sanctis.

Etissime Trinitatis redēptionis captiuorū prouin-
 cię N. frater minister prouincialis: querelosa infi-
 nuatione est mihi significatū, quod bona quon-
 dam fratris. N. qui ab luce migravit, quę debentur
 conuentui. N. eo sepulto non reperta fuerūt
 omnia: sed multa detracta fuerunt, atque occul-
 tata tenētur in damnum prædicti conuentus. Et
 propter nolens dicto conuentui in ferri damnū:
 omnes & singulos fratres dictę prouincię tenore
 præsentium moneo, primo, secundo, & tertio,
 et perēptorie, nec non in uirtute Spiritus sancti
 et sanctę obedientię, et sub excommunicationis
 pœna latę sententię precipiendo mando, ut infra
 sex dies à notitia præsentium vel postquam de
 præsentibus constiterit sano modo, habentes
 quęuis bona siue libros siue pecuniam siue pan-
 nos, siue alia bona quęcumque, quę fuerūt quon-
 dam præfati fratris. N. ac etiam scientes de ipsis,
 seu malitiose occulta tenentes debeant prædi-
 cto monasterio restituisse ac dedisse: ac etiam
 intimasse et significasse seu reuelasse, dicto ter-
 mino sex dierum elapso quem statui et statuo
 vnum pro tribus et peremptoriis canonicā
 monitione sic præmissa. Contratales, qui con-
 tra fecerint tanquam contra contumaces ex nūc
 prout ex tunc et è contra excommunicationis
 sententiam infero in his scriptis sedendo pro
 tribunali, atque tales excommunicationis vinculo
 inno-

innodatos denuntio et significo per præsen-
 tes.

De iudicijs in ordine faciendis.

¶ Licet ex decreto. D. Bonifacij papę. IX. concessio ordinibus mendicantibus et nobis, præ-
 sidentes in nostro Ordine in correctionibus fra-
 trum, iuris ordine postposito secundum consue-
 tudines approbatas, et instituta dicti ordinis pro-
 cedere, libere et licite possint, quædam tamen in
 huiusmodi correctionibus ita necessario requi-
 runtur, ut illis ommissis, iudicia nullius sint ro-
 boris, aut iniqua scriptum namque est. Deute. iu-
 ste quod iustum est, persequeris. Id circo, ne illis
 errare contingat, notabimus aliqua.

Ad iudicium procedens præsidens per inqui-
 sitionem, & demum per sententiam, in inquisitione
 ne quidem utitur aliquando tormentis corpora-
 libus (quanquam parce propter pietatem) ut eli-
 ciat à denunciato confessionem, vel à teste ve-
 ritatem: hoc enim in aliquibus obseruatur, quod
 præcedente vehementi suspitione, vel habitis
 aliquibus particularibus testimonijs, mittitur
 quis in vincula, et ibi atteritur abstinentijs et di-
 sciplinis, donec confiteatur, sed post confessio-
 nem, in carcere vel extra secundum demerita
 dignis pœnis subijciatur. Pro inquisitione notan-
 dum;

dum, quod quædam peccata sunt occulta vel omnino, ita quod ea nouit solus ille qui fecit, vel quasi omnino, quia uidelicet sciuntur tantum ab illo qui fecit, & ab vno alio solo, & de his si veniunt ad aures prælati, non potest fieri inquisitio; quia non potest quis conuinci nisi per duos testes. Et si prælatus præcipiat vt se prodat, peccat, & delatus non tenerur respondere, non tamen licet mentiri. Quædam vero sunt occulta, quæ iam habent aliquos consortes, de quibus. Ephes. 5. quæ in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere, ab ipsis (inquit) in plurali. Pluralis autem loquutio duorum numero contenta est. ff. de verbor. significa. l. pluralis, & hæc si veniant ad aures prælati, etiam per modum probabilis relationis, non debet illa quamuis semel audita, relinquere in discussa, extra de collusio. cap. crimina, sed debet illa memoriæ commendare in scripto, vt si notatus fuerit de eodem facto vel simili, magis eius opinio aggrauetur, & ad examen ac vindictam magis dispositus habeatur. Debet tamen delatum monere seorsum, & si sub protectione non publicandi fatetur, puniat eum per orationes, per abstinentias, & disciplinas secretas & per aliquam prohibitionem ad cautelam de futuro. Si autem negauerit, vel non confi-

confitetur, durioribus verbis secreto tamen increpetur, & diligentius obseruetur. Potest etiam aliquando dissimulare vel vt deferat personæ, quæ hactenus fuit claræ opinionis, vel quia magnitudo facti scandalum vel schisma faceret, propter eum qui fauorem habet potentum vel sociam multitudinem, & sic veritas iusticiæ propter scandalum quandoque relinquitur, & aptius tempus spectatur. Quædam item sunt quasi occulta, quæ ab aliquibus dicuntur, & à plerisque nesciuntur de aliquo, qui ab aliquibus reputatur innocens, à quibusdam e contrario noxius. In huiusmodi debet prælatus considerare & scrutari mores denuntiati, qualiter se habuerit in alijs locis, cuius meriti, zeli, & numeri sint qui ipsum deliquisse putant, aut qui pro eius innocentia dicunt, & tunc coram senioribus & pluribus ad placitum est examinandus, secundum formam infra scriptam, & iuxta consilium seniorum restringendus, & in casibus grauioribus claudendus & commendandus diligentiori custodiæ, ac per penas abstinentiæ, &c. inducendus est ad confessionem.

Quædam demum sunt peccata reuelata, vel manifestata, quæ uidelicet per infamiam ad aures multorum deferuntur. In his prælatus descen-

descendere debet ad inquisitionem. 2. q. 1. c. Deus omnipotens: & videre utrum clamor, qui venit ad eum opere sit completus, ita quod non potest sine scandalo preteriri, hic si probationes difficilius & infamia perseverat, indicenda est infamatio purgatio canonica: quæ non solum pro clericis sed etiam pro religiosis introducta reperitur. 4. q. 3. Item sepe, et extra de purg. Cano. moniales. & in quibusdam provinciis recepta. In provinciis vero in quibus non est recepta, potest prelatus reum purgare, quando post vincula, & preceptum et tibi poenas disciplinarum illatas non confitetur, dummodo non sint accusatores, aut testes facti, & declarare eum liberum ab infamia. Porro numerus purgatorum seu conpurgantium, arbitrarius est, & potest dissimulari iuramentum, si sunt maturi & probi, quia sub testimonio conscientiarum suarum possunt dicere quod credunt de reo. Hoc modo propositis articulis interrogatur reus per preceptum vel per excommunicationis sententiam. Si negat, surgens conpurgator dicat per conscientiam suam quod credit ipsum verum dixisse, & quod credit ipsum de depositis innocentem esse si autem prestare noluerit purgationem, vel in prestando defecerit, canonica est animadversione puniendus. Si crimen sit notorium, vel accusator offerat se ad probationem, non debet prelatus recipere purgationem, etiam si infamatus

offe

offerat se daturum. Notandum quod siue ex relatu, siue ex suspitione, siue ex fama agatur, multum refert, utrum iis contra quem agitur, sit prelatus seu persona publica, an subditus vel privata, nam prelati (quos oportet alios arguere et castigare) multorum captionibus obiciuntur, ideo &c.

¶ Testes si deponunt de auditu, probant infamiam, & sequitur inquisitio, si deponunt de facto sequitur poena. Utrobique recipiuntur testes singulares super factis iterabilibus, ut sunt carnis peccata, & detractiones famosæ, vel blasphemix, furta &c. ubique super infamia recipi debent testes, ut procedatur ad inquisitionem, et contra personam regularem non est spectandus clamor, sed sufficit delatio quæ sit a pluribus ordinem diligentibus, benevolis, & zelantibus honorem Ordinis, alias testimonium de auditu debile est, et aliquando etiam si multiplicentur, vix unius testis auctoritatem habent, nam centum possunt audivisse ab uno, et quantum valet illius testimonium, tantum valet omnium. Rursus unus potest audivisse à centum, et illis absentibus, solus ipse relinquitur. Quando ergo testibus est agendum, idonei reputari possunt socii, siue sint eiusdem ordinis siue non, contubernales ubi factum esse dicitur. Item qui passi sunt &c.

In iudiciis caueat sumopere prelatus a verbis cõ

humeliosis contra inquitum siue reum.

*Forma inquisitionis contra de-
nunciatum aut infa-
matum.*

¶ Frater. N. Minister provincialis & c. dilecto no-
bis in Christo Fratri N. salutem in Domino Iesu
Accepta a pluribus fide dignis denunciatione,
vel clamosa insinuatione et famapulsati contra te
fratrem. N. quod contravotum paupertatis per
occultam rerum vel pecuniarum detentionem
aut acceptionem feceris, vel quod contra votum
castitatis per actus carnales in secundam perso-
nam deliqueris, vel quod per lingue lubricita-
tem grauer nonnullis de traxeris, eosque in fa-
maueris: et volentes ex officio providere, vt cu
emendatione persone delicta vindicentur, ad iu-
dicium descendentes te primo, secundo, et tertio
monemus et hortamur ad veritatem dicendam
et tibi in virtute sancte obedientie, sub poena co-
nucti vel excommunicationis precipimus, vt ad
interrogata & quesita sine tergiversatione me-
ram, simplicem et nudam veritatem respondeas
Dat. N. Dis. N. Mensis. N. anno Domini. N.
& c.

Forma examinis.

¶ Coram Reuerendo Patre. N. Die. N. anno. N.
Personaliter constitutus frater. N. et precepto
supra scripto sibi facto, & intelligibiliter
lecto, & ab eo audito de veritate dicenda, respon-
dit vt sequitur. Interrogatus, an pecunias habue-
rit. habeat, aut expenderit sine licentia superio-
rum suorum, respondit ego habeo pecunias que
missae mihi fuerunt, a D. N. pro quibusdam ne-
gotiis ipsum tangentibus. In fine vero, acta sunt
hec, die supradicta, et fideliter scripta per me fra-
trem. N. ad haec specialiter notarium & scribam
vocatam, & eidem inquisito de verbo aduerbum
lecta et repetita. Qui factus est se ita respondisse
prout iacent, & in fide se propria manu subscrip-
sit die qua supra (vel si ipse nescit scribere) testi-
bus fratre. N. & fratre. N. ad haec vocatis, qui se
manu propria subscripserunt. & c.

De modo procedendi per accusationem.

¶ Secundo procedit prelatum contra reum, per ac-
cusationem, et tunc oportet vtrumque scilicet
accusantem esse praesentem & accusatum
vt fit inscriptio, id est, quod accusans obligat se
ad poenam talionis, hoc est, ad subeundam
poenam illam si succubuerit, quam ferre de-
buisse accusatus, si conuictus fuisset, debet au-
tem accusandus citari sic.

☞ *Forma citationis ad eum qui accusari debet.*

☞ Frater. N. minister provincialis dilecto nobis in Christo fratri . n. salutem in domino Iesu. Non valentes, nec volentes cuiquam petentine gare iustitiam, neque in absentem aut inauditū pro ferre sententiam, tibi venerando patri fratri N. notum facimus quod contrate obijciuntur quedam, quæ formam sequuntur accusationis. Propterea ad requiſitionem eius qui te accusare intendit primo, secundo, et tertio, peremptorie monemus, ac in uirtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna conuicti, vel carceris, tibi præcipimus, ut intra sex dies, vel horas quarum duas primas pro primo, duas alias pro secundo, et duas ultimas pro tertio, et peremptorio tetmino assignamus, coram nobis in conuentu. n. personaliter compareas, et te præſentes, responsurus his, quorum accusatus fueris. Alias si contumax fueris, ad sententiam procedemus, et ad alia quæ contumacibus in ferri solent. De harum autem tibi facta præſentatione latori præſentium fidem dabimus. Datis, &c.

☞ *Forma accusationis.*

☞ Coram vobis Reuerendo patre fratre. N. ego frater. n. propono accusando, et in his scriptis

ptis proponendo accuso, fratrē. n. quod commisit tale peccatum. n. vel peccatum tale fecit, et quia hoc est grauissimum scelus, et enormis iniquitas, ideo peto iustitiam de super fieri, et offero me per præſentes ad probandum, faciens prædictam accusationem, et proponens tam verbo quam scripto, die . n. mensis . n. anno. n.

☞ Contestata causa, dantur probationes, et inducuntur testes, qui sub præcepto examinantur, deinde datis articulis et probationibus, citatur, et per præceptum examinatur accusatus, et si confitetur, aut conuincitur, procedit iudex ad sententiam et pœnas peccato condignas. Si accusans in probatione defecerit, subit pœnam talionis, si testes inueniuntur falsi, grauer et seuerè puniuntur.

☞ *Forma condemnandi conuictum per accusatorem.*

☞ Dilecto nobis in Christo fratri. n. salutem in domino Iesu. In causa, vel causis, contra te fratrem. n. coram nobis pendente, et per processus in scripto formatos deducta, cum per accusationem à fratre. n. coram nobis cum inscriptione propositam accusatus fuisses, quod peccatum tale comisseras, et per productos idoneos testes, sub præcepto examinatos, datis tibi defensionibus

bus peccatum idem fecisse conuictus fueris: nos
 ut ad finem causę per diffinitiuam sententiam
 procedere vellemus, instanter fuimus requisiti,
 ut iustitię deferamus, ad sententiam hoc modo
 deuenimus, videlicet, quia sedētes in sella quam
 pro tribunali & loco iudicij elegimus Deum
 & iusticiam prę oculis habentes accusatione,
 attestationibus, defensionibus, & dictis vtrius-
 que partis auditis, & visis, & omnibus diligen-
 ter inspectis, peritorum etiam consilio de super
 habito, Christi nomine inuocato, dicimus, pro-
 nuntiamus, & sententiamus te fratrem. N.
 quamuis non confessum, conuictum tamen esse
 criminis talis & tanquam conuictum damna-
 mus, cumque aliter non sis soluendo, decerni-
 mus ut per pœnas culpe satisfacias, & misericor-
 diter tecum agendo ad tales pœnas, &c. Con-
 damnamus &c. Reseruantes tamen nobis facul-
 tatem remittendi & moderandi pœnas prædi-
 ctas, vel totaliter relaxandi, si confessus culpam,
 humiliter petieris veniam, & emendationem
 promiseris, acta & lecta fuit hæc sententia, in
 conuentu tali per me fratrem. N. præsentem &

audiente præfato fratre. N. & testibus in-
 frascriptis, qui propria manu subscri-

pserunt. die. n. mensis. n.

anno. n.

Forma

*Forma sententię contra denunciatum
 & confessum.*

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem
 in domino Iesu. In causa et causis, contra te fra-
 trem. N. coram nobis pendente, et per processus
 in scripto formatos deducta, et deductis, ad vlti-
 mam conclusionem, per diffinitiuam sententiam
 pro iusticia, et ex officio procedere volentes.
 Cum per publicam famam, vel potius infamiam,
 vel (cum per plurium religiosorum et discreto-
 rum fratrum denuntiationem) ad nostram noti-
 tiam perlatum fuisset, te fratrem. N. præfatum
 in praelatum tuum (clam tamen) et non publi-
 ce manus iniecisse temere violentas, certius infor-
 mandi vtrum clamorem opere compleueris, ad
 examen descendimus, adhibitis ergo et sub præ-
 cepto examinatis testibus idoneis, incertam et
 probatam facti cognitionem venimus, quam è
 vestigio confirmauit confessio tua, primum in
 carcere excussa, et demum extra illud repetita.
 Ideoque sedentes in loco iudicij in sella, quam
 pro tribunali elegimus, Deum, et iusticiam præ
 oculis habentes, Christi nomine inuoca-
 to, pronuntiamus, et sententiamus contra te
 (videlicet) quia manus in praelatum iniecisti
 temere

560 *Fratum Formularium*
temere violentas, te in pœnas in constitutionibus nostris, huiusmodi culpæ appolitas incurrisse, & propterea carceri addicimus et addictum esse declaramus per tempus. N. ibidem disciplinis et ieiuniis panis & aquæ macerandum et flagellandum secundum constitutiones nostras, reseruantes nobis et prudentiæ & discretioni præsentis facultatem moderandi prædicta ieiunia, et disciplinas, acta, lata, &c.

Forma sententiæ contra accusatorem qui defecit.

¶ Frater. N. minister provincialis dilecto nobis in Christo fratri. N. Salutem in Domino Iesu. Recolentes nos ex iustitia debitores esse æqualitatem constituendi, & attendentes, te fratrem. N. Magna usum iniquitate, cum per accusationem in scriptione appolita venerandum religiosum, N. de graui crimine accusasti, nec tamen intra tempus constitutum, testes legitimos et sufficientes (provt te obligaueras) præduxisti, vel nec tamen productis testibus et sub præcepto examinatis, sufficienter probasti, quod proposueras contra eum, propter quod (si conuictus fuisset) pœnam perpetui carceris pati debuisset, ac propterea incidisse te in talionem. Idcirco, vt in caput authoris recipiat malitia eius, et caeteris exemplo sis non perpetrandi similia, sedentes in loco
iudi

Ordinis sanct. Trinit. 561
iudicij in sella quam pro tribunali elegimus, deũ & iustitiam præ oculis habentes, dicimus, & pronunciamus, et sententiamus te fratrem. N. præfatum fuisse et esse iniquum accusatorem, et malitiosum infamatorem, ac subinde pœna talionis damnamus ad perpetuum carcerem, ad quem quantocius induci debeas, ibique &c. reseruantes &c. acta lata &c.

Forma indicendi Purgationem infamato.

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in Domino Iesu. Pulsati scelerosa (quæ contra te surrexit et peruagatur) infamia, quod tale peccatum perpetraueris, a quo tamen constanter asseris te immunem: cumque nullus apud nos contra te specialiter instet, aut agat in hac causa, nec factum sufficienter probetur, nosque deceat nedum acrimine, sed a suspitione criminis esse liberos: propterea, vt infamia tollatur abs te, et scâdulum ab aliis, purgationem canonicam indicere tibi decreuimus. Ideoque in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna conuicti, tibi præcipimus per præsentem, vt intra decem dies a præsentium notitia, fecisse debeas canonicam purgationem cum quattuor compurgatoribus, quos tibi per hæc scripta deputamus: quam si facere recusa-ueris, aut non perfeceris, vel præstiteris, sceleris

562 *Formularium Fratrum*
cōtra te obiecti cōuictū te habebimus, datis &c.

*Forme liberandi, vel releuandi ab
infamia cum qui se pur-
gavit.*

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. Salutem in
Domino Iesu, sacris eloquiis ad moniti, vt bonū
nomen curemus, famam que non negligamus, nō
potuimus æquo animo ferre te venerandum pa-
trem fratrem. N. infamiae peruagantis labe mane-
re pollutum. sapiens namque curam inquit ha-
be de bono nomine, et Salomon præ diuitiis il-
lud asserit eligibilis, & iterum, melius il-
lud esse quam vnguenta pratiofa. Cum ergo cō-
tra te curreret infamia, quod opere tale crimen
perpetrasses, nos ad illam diluendam, tibi purga-
tionem canonicam cum quattuor compurgato-
ribus indiximus, quos abs te prolatos probaui-
mus tanquam religiosos integræ ac rectæ consciē-
tiæ et probos viros nobis optime notos qui tibi
sub præcepto sanctæ obedientiæ et excommu-
nicationis latæ sententiæ pœna, ad veritatem di-
cendam requisito et adstricto et cōstanter factū
neganti, quin etiam innocentiam in hac parte as-
serenti, adhæserunt: & in conscientia sua asserue-
runt se credere, quod veraciter innocentiam tuā
assereres, et quod factum in tanto præcepto nō
nega

Ordinis sanctis. Trinitatis. 563

negares, si illud commisisses. Id circo ad releua-
tionem tuæ famæ, et dilutionem infamiae descē-
dentes, visis negatione et assertionem tua, et com-
purgatorum adhesionem et contestationem, sedentes
in loco iudicii in sella quam pro tribunali elegi-
mus, deum et iustitiam præ oculis habentes,
Christi nomine inuocato, dicimus, pronunciamus
& sententiamus te venerandum patrem fratrem
N. ab infamia supra dicta illesum et liberum et
in facto innocentem, & iniuste affectum nomine
et infamia prædictis, & tanquam innocentem, li-
berum declaramus, in nomine Patris & Filii &
Spiritus Sancti amen. Acta lata et lecta. &c.

*Forma restituendi ad gratias Or-
dinis, quibus propter delicta
quis erat pri-
uatus.*

¶ Dilecto nobis in Christo fratri. N. salutem in
Domino Iesu. Scientes peccati veniam non debe-
re dari nisi correcto, correcto vero indulgentiæ
veniā dari, iura que que ad parcendū magis quā
vlescendū aut puniendum esse propensa, te vene-
randum patrem fratrem. N. miserationis et
benignitatis oculo respeximus, & quia corre-
ctum et emendatum credimus veniæ & indulgē-
tiæ

tiae brachiis suscipimus, & amplectimur, ac auctoritate Reuerendissimi Ministri generalis Ordinis, vel capituli generalis, aut capituli provincialis nobis commissa, et praesentium tenore te fratrem. N. praefatum, ab apostasia redeuntem ad habitum Ordinis recipimus, ac restituimus ad omnes et singulas gratias, beneficia, & suffragia, et vtramque vocem et locum, et omnia et quaecumque alia, a quorum adeptione, vel executione propter tale crimen (iuxta constitutiones, vel sententiam per fratrem. N. contra te alias latam vel quomodolibet aliter) esses impeditus aut prohibitus. In quorum fide his officii nostri sigillo munitis manu propria subscripsimus &c.
dat.

FINIS.